a Quidaz autem ex eis dicebant in beelzebub principe demoniorum) Circa quod sciendú ꝙ odium et inuidia faciunt interpretari facta in deteriorem partez et peruerti iudicia: pharisei autem odiebant christuz quia arguebat eorum vitia: vt patet per euangelij decursum: et ideo miraculis a christo factis virtute diuina dupliciter detrahebant. vno modo illa esse acta arte magica et eodem modo eiectionem demonum factam per christum dicebant fieri virtute cuiusdam superioris demonis cui interiores obediebant ad nutuz de corporibus exeundo: sicut enim in angelis sunt ordines quoniam alij sunt aliis superioribus: sic in demonibus cuz in eis remanserint naturalia integra secúdum Dionysium. Dicebant enim pharisei ꝙ christus habebat aliquem demonem superiorem quem vocabant beelzebub sibi familiarem et priuatum et sic demones inferiores de corporibus obsessis eijciebat per illum. Sed istud rationabiliter reprobatur a christo in hac lectione euangelia. hec etiam omnia patent Matthei. ix. et. xij. capitu. Alio modo detrahebant miraculis christi reputando illa parua eo ꝙ erant circa inferiora cómuniter: vt puta circa sanitates corporum et huiusmodi: et ideo querebant ab eo signa fieri circa corpora celestia: sicut tempore Josue sol stetit immobilis ad spacium vnius diei: vt habetur Josue. x. capitu. Et tempore ezechie retrocessit sol decem gradibus vt habet Isai. xxxviij. Et hoc notatur cú dicitur (Et alij tentantes.)

b Ipse autem vt vidit). Hic consequéter describitur confutatio malignantiú predictorum et primo illorum qui opera christi demoni attribuebát et diuiditur i duas: quia primo confutátur vbo christi eorum malitiam arguétis: secundo mulieres deuote virtutem christi confitentis: ibi. Factum est autem. Sententiam autem prime partis hec est (Quidá) scz pharisei audientes turbas scilicet cófitentes ipsum esse christum ppter euidétiam facti. Dixerunt (hic non eicit demones nisi in beelzebub principe demoniorum) quia factum mirabile negare non poterant: ideo modum faciendi calumniabant dicentes ipsum per aliqué demonem superiorem sibi familiarem et priuatum eijcere demones inferiores de corporibus obsessoruz sicut supra dictum est. (Ipse autem vt vidit cogitationes eorum dixit eis). Hic ponitur calúnie confutatio et ostendit ꝙ miracula que faciebat non poterant attribui spiritui maligno. Et diuiditur in duas: q2 primo ostendit ppositum per rationé: secundo istorum calúniantiú excecationem: ibi. Cum autem immundus. Primú ostendit quatuor rationibus. Prima ratio talis est: quia si per demonem aliquem eyciebat alios sequit ꝙ diuisio erat inter eos et sic non posset stare diu potestas diaboli: et ex hoc sequitur aduétus rei per qué potestas demonis erat auferéda: et hoc est ꝙ dicitur.

c Omne regnum in se ipsum etc) patet littera. Scda ratio ponitur ibi: si autem ego in beelzebub eijcio demonia: quia non solum christus eijciebat demones: sed etiam discipuli christi in nomine ei9: et non solúmodo discipuli: sed etiá aliq iudei q nó erát xpi discipuli scóm ꝙ dicit

Marci.ix.capitu. Uidimus quendaz in nomine tuo eijcientẽ demonia qui nõ ſequitur nos. Nõ poterant aũt iudei dicere ꝙ apli facerent miracula virtute magica cum eſſent ſimplices ⁊ illitterati. Et ſi diceref de apoſtolis ꝙ xp̃s docuit eos artem magicaz: tñ non poterat dici de eis q nõ erant ei⁹ diſcipuli. Cũ ergo eijcerẽt demones in noie xp̃i vt dictũ eſt: nec poterat hoc attribui ſpiritui maligno vt viſuz eſt: ſimiliter nec per ↄñs eiectio demonum facta ꝑ xp̃m ⁊ hoc eſt ꝙ dicitur.

⁊ domus ſupra domum cadet. Si autẽ ⁊ ſathanas in ſeipm diuiſus ẽ quomodo ſtabit regnuz ipſius quia dicitis in beelzebub eijcẽ me demonia? Si autẽ ego i beelzebub eijcio demonia filij veſtri[a] in quo eijciũt? Jõ ipſi iudices veſtri erũt[b]. Porro ſi i digito dei eijcio demonia[c] ꝓfecto ꝑuenit in vos regnum dei[d]. Cuz fortis armatus cuſtodit atriũ ſuũ in pace ſũt omnia que poſſidet. Si autem fortior illo ſuperueniẽs vicerit euz[e]: vniuerſa arma eius[f] aufert in quibus cõfidebat: ⁊ ſpolia eius diſtribuet. Qui nõ eſt mecuz[g]:

a ſi aũt in beelzebub eijcio demonia filij vr̃i). i. apli qui erant de ſemine iudeorũ vel alij iudei qui nõ ſequebanf xp̃m (in quo eijciunt) quaſi dicat. Cum nõ poſſitis hec attribuere niſi virtuti diuine per ↄñs nec eiectio fcã ꝑ me vt pz ex dictis.

b Ideo ipſi iudices vr̃i erunt) de aplis pz ꝙ erunt iudices. i. aſſeſſores chriſti in iudicio: vt habetur Matthei. xix. capi. Cum venerit filius homis in ſede maieſtatis ſue ſedebitis ⁊ vos ſup ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus iſrl̃. Si aũt accipif ꝓ iudeis nõ ſequentibus chriſtuz qui tamen eijciebant demones in noie eius ſic dicũtur iudices alioꝝ nõ credentiũ qr ex facto coꝝ: alij oſtendentur condẽnabiles: qr nõ crediderunt in chriſtum cui⁹ deitas declarata fuit ꝑ miracula in virtute eius facta.

c Porro ſi in digito dei eijcio dmonia) ſicut ↄcluſum eſt ex p̃dictis.

d Profecto ꝑuenit in vos regnũ dei) ideſt xp̃us cuius regnuz erat a deo ꝓmiſſum. Iſai. ix. Et regni eius nõ erit finis: ⁊ iſtud regnum expectabant iudei: tñ in hoc erant decepti qr credebant iſtud regnum tẽpale: quẽ errorẽ excludit xp̃s dicens Johãnis. xviij. cap. Regnũ meuz non eſt de hoc mundo). Hic ponif tertia ratio oſtendẽs chriſtum nõ virtute demonis eijcere demonia cum dicitur (Cum fortis armatus). i. diabolus) cuſtodit atriuz ſuum). i. hominẽ peccatorez in quo habitat vt in domo (In pace ſunt oĩa) qr nõ eſt poteſtas maior ſup terrã vt ſcribif Job. xlj. cap. Non eſt ptãs ſup terrã que ei comparef. Atriũ aũt eius eſt hõ obſeſſus in quo habitat ſicut in domo.

e Sicut aũt fortior illo ſupueniẽs vicerit eũ vniuerſa arma ei⁹ aufert in qbus ↄfidebat ⁊ ſpolia eius diſtribuet.

f Uniuerſa arma eius). ſ. diaboli ſunt peccatores qui a xp̃o diripiunf qñ de poteſtate demonis per ipſum eripiunf. Ex quo concludif ꝙ ipſe ſit vere chriſtus: qr in aduentu chriſti poteſtas demonis erat diminuenda ⁊ arcenda. Quartam rationem ponit ibi.

g Qui nõ ẽ mecũ) ⁊ talis eſt voluntas eius qui obedit alicui ⁊ eſt ↄformis voluntati illi⁹ cui obedit ſaltem in facto: ⁊ ideo ſi chriſtus in virtute demonis faceret miracula: ſequeref ꝙ chriſtus ⁊ demon eſſent concordes in factis. Hoc autem patet falſum: qr facta chriſti ⁊ doctrina erant ad retrahendũ homines a peccatis. Facta autem demonis ſunt ad diſtrahendum homines per peccatum. Ex quo ſequitur ꝙ chriſtus homo non operabaf in virtute demonis ⁊ hoc eſt ꝙ dicit (Qui non eſt mecũ). ſ. per ↄcordiã in facto ⁊ voluntate.

aduerſum me eſt [a]: ⁊ qui non colligit mecum [b] diſpergit [c]. Cũ in mundus [d] ſpirit⁹ exierit ab homie ambulat ꝑ loca aridia [e] et inaquoſa querẽs requiẽ ⁊ nõ inueniens [f] dicit: Reuertar i domũ meã [g] vnde exiui. Et cũ venerit inuenit eaȝ vacãtẽ [h] ſcopis mũdatã ⁊ ornatam: ⁊ tũc vadit ⁊ aſſumit [i] ſecuȝ ſeptẽ alios ſpiritus nequiores ſe ⁊ igreſſi habitant ibi. Et fiunt nouiſſima hominis illi⁹ peiora prioribus. Factum eſt autem [k] cuȝ hec diceret extollẽs voceȝ [l] quedã mulier [m] de turba dixit illi. Beat⁹ venter qui te portauit [n].

a Aduerſuȝ me eſt) ⁊ huiuſmõi eſt diabolus vt patet ex dictis.

b Et qui non colligit mecũ) .ſ. fideles ad vnitatem fidei reducendo.

c Diſpergit) hic eſt diabolus qui diuerſas ſectas ⁊ hereſes ⁊ ſciſmata quantum põt introducit.

d Cum aũt immũdus) hic ponit̃ eorum exceca tio ⁊ poſſeſſio a diabolo ad cuius euidentiam ſciendu ȝ qȯ poteſtas diaboli fuit eiecta quodam modo a populo iudaico per legis dationem que excludebat cultũ demonum ⁊ inducebat ad colendũ vnum deum verum ⁊ ſic eiectus tranſijt ad poſſidendum plenius gentiles ſine lege ⁊ ꝓphetarum oraculis viuentes: ⁊ ideo eos tenebat in idolatria ſubiectos. ſed adueniente chriſti ꝑdicatione ⁊ apoſtoloꝝ iudei ꝓ maiori parte fuerunt increduli: gentiles aũt deuote fidem chriſti ⁊ aplorum acceperunt: ⁊ ſic diabolus eiectus ab eis ꝑ fidẽ chriſti reuerſus eſt ad poſſidendum populum iudaicũ errore excecatum: ⁊ ſic facta ſunt nouiſſima huius populi iudayci peiora ꝓribus q̶ ſtatus populi peior eſt modo q̃ fuerit a ꝓncipio añ legẽ datã: hoc ẽ ergo ꝙ dicit) Cũ aũt imundus ſpiritus exierit ab hoie) ideſt a populo iudaico viuente ſub lege nature quia eiectus eſt per ſuſceptionem legis moſaice.

e Ambulat per loca arida ⁊c) ideſt in ipſis perpetuam manſionem.

f Et non inueniens) q̶ ꝓdicantib⁹ apoſtolis inde eiectus fuit.

g Dicit. Reuertar in domũ meam) .i. iudaicum populum.

h Et veniens inuenit eam vacantem) ideſt fide ⁊ bonis operibus vacuã (ſcopis mundatam) q̶ populus iudaicus habebat quandã exteriorẽ munditiam ⁊ ornatuȝ ꝓpter legis apparẽtiam.

i Tunc vadit ⁊ aſſumit ⁊c) per hoc ꝙ dicit ſeptẽ alios intelligit vniuerſitatem vitiorum hoc eſt dictuȝ ꝙ ante legẽ dataȝ fuerunt peccatis irretiti ⁊ a diabolo poſſeſſi ſed poſt aduetum chriſti in peccato ſuo obſtinati ſũt peiores facti: quia ex ingratitudine peccata eoꝝ ſunt quaſi duplicata ⁊ hoc loquendo quaſi de vno homine dicit per ſimilitudinẽ vt intelligat̃ de toto populo iudaico.

k Factum eſt autem) Hic ponitur cõfutatio predictoꝝ verbo mulieris virtutem chriſti confitentis cũ dicit̃) Factũ eſt autem cum hec diceret) ſcȝ chriſtus reſpondens blaſphemijs iudeorum.

l Extollens voceȝ) ideſt ex corde ⁊ cõſtanter alte ꝓferens laudem chriſti ꝯtra vituperiuȝ iudeorum.

m Quedam mulier) iſta a ſanctis doctoribus dicitur fuiſſe ſancta marcella famula beate Marte ſororis Lazari.

n Beatus venter qui te portauit) matrem beatificat ⁊ laudat ex filio ⁊ non econuerſo: q̶ ab illo ꝓuenit gratia ⁊ gloria ꝓncipaliter ratione deitatis: ⁊ inſtrumentaliter ratione humanitatis: q̶ humanitas chriſti eſt organum coniunctũ ipſius deitatis.

a At ille dixit) cõmendando fidem & constantiam mulieris & aliorum consimilium.

b Quinimo beati qui audiunt). Istud quinimo nõ dicit aduersatiue sed comitatiue: quasi dicat non solum illa que me portauit beata est: sed etiam qui audiunt verbũ dei corde credẽtes & opere adimplentes: vnde dicit beatus Aug. libro de virginitate: q beata Maria felicius concepit deũ mente per fidẽ q̃ corpore per carnis assumptionem.

& vbera que suxisti. At ille dixit. Quinimo Beati qui audiunt verbũ dei [a] & custodiunt illud.

Expositio moralis.

Et erat iesus eijciens demoniũ & illud erat mutũ) scilicet effectiue tm̃. eo q obsessum ab eo fecerat mutũ. Hoc aũt fit spũaliter qñ gratiam habens pdicandi vel ecclesiã officiandi cessat ab istis instigante diabolo quasi mutus: sed cum gratia dei visitatur: eijcitur demon & os eius ad predicandũ & ad laudandũ deũ aperitur. Per illos aũt qui dicebãt in beelzebub &c. significant maledicti qui pervertunt aliorum bona. (Et alij tentantes signum de celo querebant) per istos significantur doctores & studentes nimis curiose scrutantes diuina ppter q oppri muntur a gloria (Omne regnũ) per qd significat omnis cõgregatio carens cõcordia in qua sunt duo sathane: quorum q libet nititur partẽ suam augmentare vt sic possit alteri pualere. (Cum fortis armatus) hoc litteraliter exponitur de diabolo. Moraliter potest exponi de pctõre obstinato qui defendit pctm̃ suum cõtra reprehẽdentẽ sicut Saul contra Samuelem pmi Regum. xix. ca. Sed aliqñ talis dei adiutorio vincitur qr aufert arma sua) rõnes quibus defendit peccata (Et spolia distribuit) quando eius act[9] & mẽbra ad bonum conuertit (Cum immundus spũs exierit ab homine). i. peccati carnalis appetit[9]. qui exit per virtutem penitẽtie (ambulat per loca arida) idest per corda humana mollicie carentia: in qbus fornicationis spiritus requiem nõ inuenit. Et tunc ad pristinũ locum redit: quãdo penitens patit recidiuũ (Et tunc fiũt ei[9] nouissima peiora priorib[9]) qr ppter ingratitudinẽ doni penitẽtie pcedẽtis aggrauatur peccatũ (Extollens vocem quedã mulier) per quam significat quelibet persona beate virgini deuota (At ille dixit quinimo &c) per que significauit christus beatam virginẽ se concepisse felicius per fidem & deuotõnem spiritualiter q̃ corpaliter. & hoc dicit Aug. in libro de virginitate.

Feria scda post tertiam dñicam quadragesime. Euãgeliũ scdm Lucã. iiij. capitulo.

Questio fratris Antonij Betontini In beelzebub pncipe demoniorum eijcit demonia Luce. xj. cap.

In quibus verbis queritur.

Utrum detractio generale viciũ appelletur Alex. nr̃ antiquus in scdo suo volumine ait. q licet ipsa inuidie filia sit tñ est ita piculosa q ea fere totũ gen[9] humanũ piclitat. Uñ glosa sup illud pverb. xxiiij. ca. Cum detractorib[9] ne cõmiscearis taliter inquit. Hoc specialiter vicio piclitatur fere totũ genus humanũ: & hoc idõ dicit: tñ qr pauci per viã salutis ambulãt tñ qr pauci vel nulli sunt qui nõ aliqñ ex animi leuitate aliqd dicãt: vñ in aliquo vel leuiter fama alteri[9] minorat. Iccirco Hieronymus ait. Raro inuenies q aliquis ita irreprehẽsibilẽ velit exhibere vitam suã vt nõ libenter reprehẽdat alienã. Unde & iudei q̃uis legẽ se obfuare ostẽderent: q̃uis stupẽda & sup naturã miracula xpi viderent: tñ sibi detrahẽdo dicebãt. In beelzebub pncipe demoniorum &c.

Expositio litteralis.

Hic euangelista adducit rõnem pharisorum contra xpm a minori ad mai[9] dicens: sicut fecisti miracula in caphar

In illo tpe dixerunt phari/sei ad iesum. Quāta audiui mus facta in capharnaum: fac ⁊ hic i patria tua. Ait autem. amen dico vobis qr nemo propheta acceptus est in patria sua. In veritate dico vobis. Multe vidue erant in diebus Helie i isrl: qn̄ clausum est celū[a] annis tribus: ⁊ mēsib[9] sex: cū facta esset fames magna i omni terra

naum ⁊ non tm̄ ibi: sed alibi: fac ⁊ h̄ in patria tua: ⁊ adducunt similitudinem in hoc ca. Medice cura teipsum: sicut enim medicus verus citius ⁊ libentius seipsum curat ⁊ alios ad se ptinentes q̄ extrane//os: ita dice//bant ei. Si tu faceres vera miracula citi[9] faceres ea inter propinquos tuos ⁊ in ciuitate tua quam inter extrane//os: sed ipse consequēter respōdit. Qr non dimittebat inter eos facere mira/cula ex impotentia vel falsitate aliqua sʒ ex eorum malitia: ⁊ ad hoc inducit sacre scripture exempla cum subditur (In veritate dico vobis) a Multe vidue erāt in diebus Helie in israel qn̄ clausum est celum) ofonibus helie vt habet tertij re//gum. xvij. ca. vbi ista historia diffuse tra/ctatur. ¶ Additio. ¶ Que hic p de/claratione maiori ponitur qm̄ Achab filius amei fecerat malum in conspectu do/mini super omnes reges qui fuerant añ eam. Ideo deus duxit in terram illaʒ ste/rilitatem ⁊ hoc Helias tesbites nuncia//uit. Dixit Helias tesbites ad achab. viuit dn̄s deus israel in cuius conspectu sto: si erit ānis his ros ⁊ pluuia nisi iuxta oris mei v̄ba. ⁊ fcm̄ est verbum dn̄i ad euʒ di/cens. s. ad Heliam. Recede hinc ⁊ vade contra orientem abscondere in torrente carith qui est ɔtra iordaneʒ ⁊ ibi de tor/rente bibes: coruisq; precepi vt pascant te ibi. Abijt ergo ⁊ fecit iuxta v̄bū domini Cūq; abijsset sedit in torrente carith: q ē contra iordanem. Corui quoq; deferebāt ei panem ⁊ carnes mane similiter panē ⁊ carnes vespere ⁊ bibebat de torrēte. post dies autem aliquot siccatus est torrēs. n̄ enim pluerat super terram. Factus est ergo sermo domini ad Heliam dicens. Surge ⁊ vade in sareptam sidoniorum: ⁊ manebis ibi precepi enim mulieri vi//due vt pascat te. Surrexit ⁊ abijt in sare/ptam sidoniorum. Cum venisset ad por//tam Ciuitatis apparuit ei mulier vidua colligens ligna: ⁊ vocauit eam dixitq; ei Da mihi paululū aque in vase vt bibā Cumq; illa pgeret vt afferret: clama/uit post tergū dicens. Affer mihi ob/secro ⁊ buccellaʒ panis in manu tua que respon//dit. Viuit dominus deus tuus: qr non habeo panem nisi quantum pugillus ca/pere potest farine in hidria ⁊ paululū olei in lechito En colligo duo ligna vt ingre/diar ⁊ faciam illud mihi ⁊ filio meo vt comedamus ⁊ moriamur. Ad quā He/lias ait. Noli timere: sed vade ⁊ fac sicut dixisti. Uerumtamen mihi primum fac de ipa farinula subcineritiū panē paruu/lum: ⁊ affer ad me. tibi autem ⁊ filio tuo facies postea. Hoc autem dicit domi//nus deus israel. Hidria farine non defici/et: nec lechitus olei minuetur vsq; in di/em in qua dominus daturus est pluuiaʒ super faciem terre. que abijt ⁊ fecit iuxta verbum Helie. Et comedit ipse ⁊ illa ⁊ domus eius. Et ex illa die hidria farine non defecit: ⁊ lechitus olei non est immi/nutus iuxta verbum domini quod locu/tus fuerat in manu Helie. Factum est au/tem post verba hec: egrotauit filius mulie/ris matrisfamilias: ⁊ erat languor for//tissimus: ita vt non remaneret in eo hali/tus. dixit ergo ad Heliam quid mihi ⁊ ti/bi vir dei: ingressus es ad me vt rememo/rarentur iniquitates mee ⁊ interficeres filium meum. Et ait ad eam Helias: da mihi filium tuum. Tulitq; euʒ de sinu ei[9] ⁊ portauit in cenaculum vbi ipse mane//bat: ⁊ posuit super lectum suum clama//uit ad dominū ⁊ dixit. Domine deus me[9]

etiam me viduam apud quam ego vtcunq; sustentor afflixisti vt interficeres filium eius: ⁊ expandit se atq; mensus est sup puerum tribus vicibus ⁊ clamauit ad dominum ⁊ ait: domine Deus meus reuertatur obsecro aīa pueri huius in viscera eius: ⁊ exaudiuit dominus vocē helie: ⁊ reuersa est anima pueri intra eū ⁊ reuixit. Tulitq; Helias puerum ⁊ deposuit eū de cenaculo in inferiorem domū ⁊ tradidit matri sue. ⁊ ait illi. En viuit filius tuus. Dixitq; mulier ad Heliam. Nunc in isto cognoui quoniam vir dei es tu ⁊ verbū domini in ore tuo verum est.

⁊ ad nullā illaꝝ missus helias[a] nisi in sareptam Sidonie ad mulierē viduā. ⁊ mlˀti leprosi erāt i isrˡ[b] sub Heliseo ꝓpheta ⁊ nēo coꝝ mūdatˀ ē nisi Naamā sirus[c]

Expositio litteralis.

a Et ad nullam illarum missus est Helias) q: non erāt ita deuote sicut illa mulier gentilis sareptana. Et q: Helias persecutionem patiebať in terra Jsrael que debuisset sibi esse grata. b Et multi leprosi erant in israel: ⁊ nemo illoꝝ mundatus est) ꝓpter eorum ingratitudinem erga deum: q: regnum israel declinauerat ad idolatriam colendo vitulos aureos quos fecerat Hieroboā. c Nisi Naamā sirus) cuius historia ponit. iiij. regum v. ca. Additio Et hic pro declaratiōe textus Euangelij apponitur que talis est Naaman princeps militie regis sirie erat vir magnus apud dominum suū ⁊ honoratus per illum enim dedit dominus salutem sirie. Erat aūt vir fortis: ⁊ diues sȝ leprosus porro de siria egressi fuerant latrūculi: ⁊ captiuā duxerant de terra isrˡ puellam paruulam: que erat in obsequio vxoris. Naamā: que ait ad dominaȝ suā vtinam fuisset dominus meus ad ꝓphetam qui est in Samaria: profecto curasset eum a lepra quam habet. Jngressus ē itaq; Naamā ad dominum suum ⁊ nunciauit ei dicēs. Sic ⁊ sic locuta est puella de terra israel. Dixitq; rex sirie. Uade ⁊ mittam litteras ad regem israel: qui cuȝ profectus esset ⁊ tulisset secum decem talenta argenti ⁊ sex milia aureos ⁊ deceȝ mutatoria vestium detulit litteras ad regem israel in hec verba. Cum acceperis epistolā hāc scito ꝙ miserim ad te naamā seruum meum vt cures eum a lepra sua. Cū legisset Rex israel litteras scidit vestimenta ⁊ ait. Nūquid deus ego sum vt occidere possim ⁊ viuificare quia iste misit ad me vt curem hominem a lepra sua. Aiaduertite ⁊ videte quot occasiones querat aduersum me. Quod cum audisset Heliseus vir dei scidisse videlicet regem israel vestimenta sua: misit ad eum dicens. Quare scidisti vestimenta tua. Ueniat ad me ⁊ sciat esse prophetam in israel. Uenit ergo Naamā cum equis ⁊ curribus suis ⁊ stetit ad hostium domus Helisei: misitq; ad euȝ Heliseus nuncium dicens. Uade ⁊ lauare septies in iordane ⁊ recipiet sanitateȝ caro tua atq; mundaberis. Jratus Naamā recedebat dicens. Putabam ꝙ egrederetur ad me ⁊ stans inuocaret nomen domini dei sui ⁊ tangeret manu sua locum lepre ⁊ curaret me. Nunquid non meliores sunt abana ⁊ pharfar fluuij damasci omnibꝰ aquis israel vt lauer in eis ⁊ mūder: Cum ergo vertisset se ⁊ abiret indignans accesserunt ad eum serui sui: ⁊ loquuti sunt ei. Pr ⁊ si rē grādē dixisset tibi propheta certe facere debueras: quanto magis q: nunc dixit tibi lauare ⁊ mundaberis. Descendit ⁊ lauit septies in iordane iuxta sermonem viri dei: ⁊ restituta est caro eius sicut caro pueri paruuli ⁊ mundatus est. Reuersusq; ad viruȝ dei cum vniuerso comitatu suo: venit ⁊ stetit coram eo ⁊ ait. Uere scio ꝙ non sit alius deus in vniuersa terra nisi tantum in israel. Obsecro itaq; vt accipias benedictionem a seruo tuo. At ille respondit. viuit dominus ante quem sto: q: non accipiam. Cūq; vim faceret penitus non acquieuit. Dixitq; Naamā vt vis. Sed ob-

ſecro concede mihi ſeruo tuo vt tollam onus duorum burdonum de terra. Non enim faciet vltra ſeruus tuus holocauſtū aut victimā dijs alienis niſi domino: hoc autem ſolum eſt de quo depreceris dominum pro ſeruo tuo quando ingredietur dominus meus templū Remmō vt adoret ⁊ illo innitente ſuper manum meā: ſi adorauero im templo Remmon: adorante eo in eodem loco: vt ignoſcat mihi dominus ſeruo tuo pro hac re. Qui dixit ei: vade ī pace. Abijt ergo ab eo electo tpe.

Et repleti ſūt oēs in ſynagoga ira: [a] hec audiētes. ⁊ ſurrexerūt ⁊ eiecerūt eū extra ciuitatē: [b] ⁊ duxerūt illum vſq; ad ſupercilium montis: ſuper quē ciuitas eoꝝ erat edificata: vt ꝓcipitarent eum. Ipſe autem tranſiens per mediū illoꝝ ibat. [c]

Et repleti ſunt omnes in ſynagoga ira ⁊c.) Per iſtos ſignificantur illi qui predicatores veritatis perſequuntur eo quod dicunt eis diſplicentia (Ipſe autem tranſiens per medium illorum ibat) non percutiens illos aut impellēs nec aliquo modo ſe vindicans: in hoc docens predicatores euāgelij: vt non querant vindictam de iniurijs factis ſibi.

Expoſitio litteralis.

Ubi deſcribitur bonitas eius ante curationem cum dicitur: per illum enim dedit deus ſalutem ſirie: ⁊ poſt curationem fuit adhuc melior ⁊ valde gratus deo ⁊ Heliſeo vt habetur ibidem.

a Et repleti ſunt omnes in ſynagoga ira) quia preponebat eis gentiles quos abhominabantur ſicut canes.

b Et eiecerunt illū extra ciuitatē) tāq̃ dignum morte vt illum interficerent vt patet in littera.

c Ipſe autem tranſiens per medium illorum ibat) virtute diuinitatis: qua poterat ſe ſic ſeruare illeſum quando volebat. Dicit autem Beda: quod cum dominus de manibus eorum lapſus de vertice montis deſcenderet: ⁊ ſub rupe latere vellet: ſubito ad tactum dominice veſtis ſaxum illud ſubterfugit: ⁊ inſtar cere ſolutum quendam ſinum effecit ideſt concauitatem in quo dominicum corpus reciperetur: in quo loco omnia liniamenta ⁊ ruge veſtis ⁊ veſtigia pedum in rupe apparent adhuc ſicut teſtantur qui viderunt.

Expoſitio moralis.

Queſtio fratris Antonij Betontini. Ipſe autem tranſiens per medium illorū ibat. Luce quarto capitulo.

In q̃bus v̄bis querit. Utrū nō reſiſtere detractoribus ſit mortale peccatū. Ad q̄d irrefragabilis doctor Alex. de ales ait ꝙ ſi q̄s detractoribus nō reſiſteret cū deberet: hoc eſt: aut rōne officij: aut rōne imminentis periculi: aut rōne timoris humani: propter que cōtra dei precepta facere non licet: mortal'r deum offenderet ſi faceret. Un̄ apoca. xxj. ca. ſcribit. Timidis erit pars iu ſtagno ardenti igne ⁊ ſulphure. Ueꝝ ſi quis hoc ex rōnabili cā pageret: minime mortal'r peccaret: q2 teſte Hieronymo. Fruſtra niti ⁊ nihil aliud q̃ꝫ odium querere: extreme dementie eſt ⁊ xxiiij. q. iij. c. Nō in perpetuum: ſcribit. Et ſunt v̄ba rabani de preſſuris eccliaſticis: general'r inq̄t. Multi ſacerdotū culpā zelo dei perſeq ſe ꝓfitent: ſed dum indiſcrete hoc agit: ſacrilegij facinus incurrunt: ⁊ dum precipites quaſi ad emēdandū ruūt: ipſi quoq; multo magis deterius cadūt. Idcirco dn̄s audiens ciues ſuos Nazareth ex inuidia habitatorib' fcā in capharnaum detrahentes atq; dicentes. Quāta audiuimus fcā in capharnaum: fac ⁊ hic in patria tua: ſuiſq; iuſtis reſponſiōibus nō modo eſſe conuictos ſed ira turbatos: ⁊ ad ſui necem eſſe diſpoſitos: donare volens nobis exemplum fugiendi detractores atq; maleficos trāſiēs p mediū illo-

rum ibat.i.abscondit se.in quo sm̄ Crisostonum: ⁊ que sunt humanitatis ⁊ que sunt diuinitatis ostendit. Stare enim in medio insidiantium: ⁊ non apprehendi diuinitatis eminentiam ostendebat. Abscondi vero dispensationis apparebat ministerium.

Feria.iij.post tertiã dominicaz.xl. Euãgelium sm̄ Matth.xviij.cap.

In illo tp̄e. Respiciēs iesus in discipulos suos dixit Simoni petro. Si peccauerit [a] in te frater tuus: vade ⁊ corripe eū inter te ⁊ ip̄m solum. [b] Si te audierit lucratus eris fratrem tuum. [c] Si autem te nō audierit [d]

Expositio litteralis.

a Si peccauerit) hic conseq̄nter ostendit ꝙ debemus esse benefici proximo ex parte anime i affectu. ⁊ hoc dupliciter. Primo defectus eorum charitatiue corrigendo ⁊ secundo offensam misericorditer remittendo.ibi.iterū dico vobis. Ad primi euidentiam notandū ꝙ duplex est correptio: vna que est ad peccantis punitionem propter conseruationem iustitie: ⁊ ista non ordinatur semp ad correctionem delinquentis. quia aliquando sibi infligitur pena mortis: ⁊ iō principaliter est ad conseruationem iustitie ⁊ ad terrorem aliorum: ⁊ talis correptio non pertinet ad singulares personas sed ad iudicem ad quē pertinet conseruare iustitiam inter homines. ⁊ propter hoc talis correptio est actus iustitie. alia est correptio que ordinat̄ ad fratris peccãtis emendationem: ⁊ hec est actus charitatis ⁊ pertinet ad omnes: quia dicitur in ecclesiastico vnicuiq; mandauit deus de proximo: ⁊ ideo sicut quilibet tenetur proximum ex charitate diligere: ita tenetur defectus eius charitatiue ad emendationem eius corrigere: si tamen probabiliter credat ꝙ ex sua correctione debeat se emendare: ⁊ de tali correctione loquitur hic saluator: nō de prima que est act' iustitie. Tangit autem debitum modum huius correctionis dicens.

a Si peccauerit in te frater tuus) ⁊ intelligitur istud in te dupliciter: vel quia te solū lesit: vel q: te solo sciente peccauit. Si eni alios lederet vel corã aliis peccaret: tūc nō haberet locū illō qō subditur.

b Uade ⁊ corripe eum inter te ⁊ ipsum solum) quia peccata publica sunt in publico arguēda: secundū quod dicitur primo ad thimotheum.v.cap. Peccantem coram omnibus argue: vt ceteri timorem habeant: sed qn̄ sunt secreta tunc hab; locu; correctō fraterna q̄ ē actus charitatis: que debet fieri primo in secreto cuius ratio est: sicut enim medicus corporalis si debito modo procedat: nititur inducere sanitatem cum minori dispendio corporis vt sine membri abscisione: ⁊ si non possit tunc abscindit membrum minus nobile vt conseruetur magis nobile vel totum corpus: sic ille qui fratrem peccantem occulte corripit charitatiue debet tentare si possit fratrē emendare absq; detrimento sue fame: quia fama computatur inter maiora bona hominis citra virtutes: ⁊ ideo corrigēs fratrem debet quantum potest conseruare ei' famam. Alia causa est quia amissa fama vel lesa efficitur homo inuerecūdus: ⁊ per consequens minus a peccato retrahitur ꝙ̃ prius. Est ergo debitus processus in correctione charitatiua vt homo corrigat fratrem suum inter se ⁊ ipsum solum vt sic possit eum saluare cum omnimoda integritate sue fame: ⁊ hoc est quod sequitur.

c Si te audierit lucratus eris fratrem tuum) eum scilicet cum integritate fame ad salutem reducendo.

d Si autem te non audierit) quia eni fama minus bonum sit ꝙ̃ bona vita. si nō possit seruari bona vita fratris sine detrimento sue fame tunc procedendum est ad salutem bone vite cum aliquali lesiōe sue fame

adhibe tecuz adhuc vnum vel duos vt i ore duorum vel tri/um testium stet om/ne verbum. Quod si non audierit[a] eos dic ecclesie[b]. Si aūt eccl'iaz nō audierit[c] sit tibi sicut ethnic⁹ ⁊ publicanus[d]. Amē[e] dico vobis[f]: quecū que ligaueritis sup terram erunt ligata ⁊ in celo: ⁊ quecun/que solueritis super terram erunt soluta ⁊ in celo. Iteruz di co vobis[g]: quia si duo ex vobis cōsen serint[h] super terram de omni re quamcū que petierint fiet il/lis[i] a patre meo qui in celis est. vbi enim sunt duo vel tres cōgregati[k] in nomi/ne meo: ibi sum in medio eorum[l]. Tūc accedens ad eum pe trus[m] dixit. Do/mine quotiens pec/cauerit i me frat me

sue fame: ⁊ ideo adducendus est vnus alius vel duo ad scienduz scilicet fratris delictum: ⁊ vt coram eis arguatur: ⁊ si se nō correxerit. tunc simpliciter contem nenda est eius fama vt conseruetur bo/na vita. vel saltem ordo iusticie ad ter rorem alio/rum: ⁊ hoc est quod seq tur. a Nō si eos nō au dierit) se cor rigendo. b Dic ecclesie) idest prelato per denūcia/tionem pu/blicaz: ⁊ tūc sunt testes in ducendi ad facti probati onem qui ꝑ/us fuerant in ducti ad sis secretam cor rectionem. c Si autez ecclesiam non audierit) preceptum pre lati continendo. d Sit tibi sicut et/hnicus ⁊ publicanus) idest separetur ab alijs fidelibus per excommunicationez ⁊ censuram ecclesiasticam: ⁊ ꝙ talia pos sint prelati ecclesie inferre subditur. e Amen) idest fideliter. f Dico vo/bis quecunqꝫ ligaueritis) quia deus ta/lem punitionem approbat: si iudicium ecclesie non errat. Considerandum ta men circa predicta ꝙ si peccatum occul tum fratris fuerit in preiudicium con/munitatis: vt si aliquis tractaret secre/te cum aliquibus ciuibus qualiter ciui/tas esset hostibus tradenda: vt si aliquis hereticus in secreto corrumperet fide/les: tunc secreta correctio vel admoni/tio non esset expectanda: sed statim esset prelato denunciandum. qui posset tali periculo precauere. Et idem iudicium de consimilibus casibus est habendum. g Iterum dico vobis) Hic consequen ter ostendit ꝙ non solum debēmus fra/trem corripere sed etiam offensam no/bis illatam remittere. Et diuiditur in du as partes: quia primo facit ꝙ dictum est: secundo ostendit quotiens sit offen sa fratris re mittēda. ibi. tunc acce/dens: dicit igitur primo h Si duo ex vobis cō senserint) in animo. s. offensam si/bi inuicez re mittendo. i De omni re quamcun que petie/rit fiet illis) quia oratio non est acce pta coram deo si tene/at odium cō tra fratrem in animo: ꝓ pter qd sub/ditur. k Ubi enim sunt duo vel tres congregati. i. charitate vniti. l In medio eorum sum) acquiescendo bone voluntati ⁊ petitioni eorumdez: dum ta men illa oratio habeat conditiones con uenientes que ad hoc requiruntur. s. ꝙ aliquis oret pro se pie ⁊ perseuetanter: his enim concurrentibus semper oratō exauditur. Et si aliquando differtur. ta/men tempore competenti impletur sicut habetur. cap. vij. Aduertendum tamen ꝙ licet offensa sit semper remittenda. nō tamen iniuria. Si enim ex remissione iniurie ⁊ pene debite sequeretur proni/tas in eo cui remittitur ad facilius pec/candū non: esset bonū ei remittere. simi liter si ex tali remissione esset scandalum aliorum ⁊ omissio iusticie ⁊ in consimi/libus casibus. m Tunc accedens ad eum Petrus) Hic ostenditur quotiens sit fratri remittendū. Circa quod ad uertendum ꝙ sicut frequenter dictum

eſt Petrus tanꝙ principalis aliquando loquebatur pro ſe ⁊ pro alijs: ⁊ ideo audito a ſaluatore ꝙ offenſa fratris peccãtis eſſet remittenda: interrogauit quotiens eſſet remittẽda fratri: ⁊ hoc petijt

us dimittam ei vſqȝ ſepties? Dixit illi ieſus[a]. Nõ dico tibi vſqȝ ſepties ſed vſqȝ ſeptuagies ſepties.

ſi ſufficeret ad ſalutem dimittere ſepties.
a Dixit illi ieſus) ꝙ ſi ſufficeret dimittere ſepties ſȝ vſqȝ ſeptuagies ſepties et ponit hic nũerus determiat' ꝓ indetermiato: ac ſi diceret. totiés quotiens: vt dicit Auguſtinus.

¶ Expoſitio moralis.

SI autem peccauerit in te frater tuus) ideſt te ſciente. vñ Aug. Quid eſt in te peccauit. niſi tu ſcis qꝛ peccauit. (vade ⁊ corripe eũ inter te ⁊ ipſum ſolũ) Hiero. Corripiendus enim eſt ſeorſum frater: ne ſi ſemel verecundiam amiſerit permaneat in peccato (Si te audierit lucratus eris fratrem tuum) per ſalutem enim alterius nobis quoque acquiritur ſalus (ſi autem non audierit adhibe tecum vnum vel duos) glo. vt ſi dixerit nõ eſſe peccatum probent illud eſſe peccatum) Quod ſi non audierit eos dic eccleſie Criſoſto. ideſt his qui eccleſie preſident (Si autem eccleſiam non audierit ſit tibi ſicut ethnicus ⁊ publicanus) Augu. ideſt gentilis ⁊ paganus in numero fratrum non computandus). Amen dico vobis quecunque ligaueritis ⁊c.) Auguſt. de verbis domini in monte. Cepeſti habere fratrem tuum tanquã ethnicum ⁊ publicanum. liga illum in terra ſed vt iuſte liges eum vide: nam iniuſta vincula diſrũpit iuſtitia) Item dico vobis quia ſi duo ex vobis conſenſerint) ſubintelligendum eſt ſi petierit pie perſeueranter ⁊ pro ſe) Domine quotiens peccabit in me frater meus) ſubditur (vſque ſeptuagies ſepties) ideſt quadrigentis nonaginta vicibus: vel vt dicit Augu. Omnino quotienſcũqȝ peccauerit ignoſcas. ¶ Queſtio fratris Antonij Betontini. Qui eccleſiam non audierit ſit tibi ſicut ethnicus ⁊ publicanus; Matth. xviij. capitulo. Sup qb' verbis queritur. ¶ Utrum ſine peccato vn' homo poſſit indicare et cõdemnare Aliũ hoiem

¶ Feria. iiij. poſt tertiam dominicam quadrageſime Euãgelium ſecundum. Mattheum. xv. ca.

Ad qđ breuiter rñdetur ſcđm Aſtexanũ i ſumma ſua libro primo titulo. xxxviij. ꝙ vnus homo indicet alium hominem tripliciter poteſt intelligi. Uno modo extenſo vocabulo indicãdi ad arguere: ⁊ corripere: ⁊ monere: ⁊ hoc circunſtantijs obſeruatis fieri poteſt ſine peccato. Nam arguere proprie ſuperiorum eſt reſpectu inferiorum. Unde apoſtolus ad Thimo. iiij. capitulo. Argue: obſecra: increpa: Sed modum reprehenſionis in ſecundo capitulo explicat dicens. Hec loquere et exhortare: ⁊ argue cum omni imperio. Uerum corripere eſt reſpectu parium. idcirco i euangelio hodierno dicitur. Si peccauerit in te frater tuus vade ⁊ corripere eum inter te ⁊ ipſum ſolum. Monere vero eſt inferiorum reſpectu ſuperiorum: vnde Bernardus ad Eugenium. Moneo te non arguo Alio quidem modo vnum hominem alium indicare intelligi poteſt temerarie ꝙ vniuerſaliter inter dicitur: vt ij. q. j. ca. Primo ſuper omnia ſcribitur Primo ſuper omnia diligenter inquirite vt cum iuſticia ⁊ charitate diffiniatis neminem condemnetis ante verum et iuſtũ iudiciũ: nullũ iudicetis ſuſpitionis arbitrio ſed primũ pbate ⁊ poſtea charitatiuã proferte ſniam: ⁊ ꝙ vobis non vultis fieri: alteri facere nolite. Et ſi ſuſpitionibus qs temptaꝛ. cum propheta pſal. cxviij. clamare dȝ ad dñm dicens Amputa obprobrium meũ ꝙ ſuſpicatus ſum: qꝛ Paulus prima ad chorin. iiij. c. dicit: Nolite ante tempus iudicare. i. ante vniuerſale iudiciũ ꝙ filio dei proprie reſeruaꝛ. Ultimo vnũ homiem aliũ

iudicare intelligi potest secundum ordinem ecclesie que dupliciter hominem iudicat. iudicio .s. discretionis qd in manifestis ⁊ certis cuicunqꝫ cōceditur eo modo quo superius dictum est. Et iudicio correptionis quod prelatis solum cōpetere dinoscit. Quod glo. super illo ṽbo pauli prime ad. Corint. v.c. Qui frater noiatur ⁊c. tangit dicēs Hoc inquit apostolus dicendo noluit hominem ab homine iudicari ex argumento suspitionis vel extra ordinario vsurpatoqꝫ iudicio: sed potius secundum legem dei ⁊ ordinem ecclesie. Cui inobediens mortaliter peccat secundū verba Matth. xviij. cap. Si ecclesiam non audierit: sit tibi sicut ethnicus ⁊ publicanus. Quia talis scd̄m doctorē nostꝝ Lāduphū excōicat᷑ ē ⁊ excōicatio nō ē īfligēda scd̄ꝫ Ric. ⁊ doctorē subtilem nisi pro peccato mortali ⁊ multū enormi: qꝛ igiꝰ omne iudicium rectuꝫ vel rcē factū scd̄m h̄ dicta bonū est preter iudiciū temerariū: patꝫ quia sic vnusquisqꝫ ordie posito aliū iudicare valꝫ ꝑterq̄ iudicio temerario qd̄ ex inuidia ꝓcedit sicut ipsa detractio.

In illo tempe accesserūt ad iesuꝫ scribe ⁊ pharisei dicentes. Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Non enim lauant manus suas cum panem manducant. Ipse autem[a] respondens ait illis. Quare ⁊ vos transgredimini mandatū dei[b]

Expositio litteralis.

HIc exponitur vera promulgatio legis euangelice a Mattheo ad gentiles. reprobando iudeorum expositionē falsam legis: ⁊ diuiditur in tres quia primo arguit iudeos de eo quod dictum ē. secundo de apparenti sanctitate: ibi hypocrite. tertio de vana superstitione: ibi. Audite ⁊ intelligite. Prima in duas qꝛ primo ponitur iudeorum maligna interrogatio ad christi deprehensionem. Secundo ponitur eius responsio vera ad eorum confutationem. ibi. Ipse autem respondens. Ad euidentiam prime partis aduertendum ꝙ a tempore moysi de voluntate dei constituti sunt septuaginta senes etate ⁊ moribus maturi ⁊ sciētia prediti ad regimen ipsius populi: ⁊ moyses erat super eos: Ita ꝙ in vniuerso erant septuaginta vnus vt habetur numeri .xj. capi. Et ex illo tempore statutuꝫ est ꝙ tot essent ad regimen populi ordinati: ⁊ isti dicebantur iudices ordinarij. qꝛ per impositionem manus instituebantur vt habetur in glosis hebraicis in multis locis ⁊ isti residebant in hierusalem: ⁊ ad eos fiebat recursus de ciuitatibus in ambiguis ⁊ difficilibus: ⁊ eoꝝ determinatio habebatur pro lege firma quam non licebat transgredi: vt habetur Deutero. xxviij. capitulo. Isti etiam statuebant aliqua que pertinebant ad regimen populi. ⁊ in statutis eorum erant aliqua que cadebant sub precepto tanquam necessitatis: ⁊ aliqua sub monitione tanquam cuiusdam decentie ⁊ honestatis. De talibus autem erat istud statutum quod hic tangitur videlicet ꝙ accedentes ad mensam prius lauarent manus suas. Uerumtamen pharisei ⁊ scribe intellectum huius mandati volebant trahere ad quandam falsitatem videlicet ꝙ per hoc acquireretur quedam mundicia spiritualis: mouebantur autem ad hoc quia in lege alique immunditie per corporales ablutiones dicebantur emundari: ⁊ quia discipuli christi aliqua que non erant necessaria: sed magis cuiusdam superstitionis. inquantum intellectus sic trahebatur non obseruabant: Christum in discipulis suis arguebant tanquam contemptorem doctrine seniorum: vt sic redderent eum populo odiosum.

a Ipse autem) Hic ponitur christi responsio vera: ad ipsorum confutationem dicens. b Quare ⁊ vos transgredimini mandatum dei).

non respondet dicendo ꝙ lotio manuum que faciebat ad honestatem esset mala: vel ꝙ apostoli ipsam imittendo bene facerent vt facit ad honestatem: licet bene facerent omitendo propter superstitiones: sed quasi clauum clauo retundendo dicit eos deficere quia faciebant transgredi mandatum dei propter mandatum hominum: quod probat dicens.

Propter traditionē vestram? Nam deus dixit[a]. Honora patrē tuum[b] et matrem tuam: et qui maledixerit patri vel matri morte moriatur. Uos autem dicitis[c]. Quicunque dixerit patri vel matri munus quodcunque est ex me[d] tibi proderit[e]: et non honorificabit patrem[f] suum aut matrem suam: et irritum fecistis[g] mandatum dei[h] propter traditionem vestrā.

a Nam deus dixit) Exodi.xx.capitu.
b Honora patrem tuum) Honor iste non solummodo intelligitur reuerentia sed et administratio necessariorum. Hanc autem excludebant per suam doctirnam falsam: quia sacerdotes qui erant cupidi vt bona que essent administranda parētibus cōuerterent in lucra eorū. dicebāt ꝙ melius ēet illa deo offerre: Tum quia ē pro principalis et spūalis: Tūm quia licet per talē oblationē parentes sustinerent detrimentum corporale. consequebantur tamen bonum spirituale: inquantum illud quod erat in eorum necessitatem cōuertendum deo offerebatur: et ex hoc sequebatur ꝙ preceptum de honore parentum: inquantum intelligitur in hoc administratio necessariorum: euacuabatur per talem expositionem falsam: et hoc est quod dicit saluator.
c Uos autem dicitis) falso scilicet exponendo mandatum dei.
d Quicunque dixerit patri vel matri munus quodcunque ex me est (deo consecratum scilicet et oblatum
e Tibi proderit) magis supple q̄ expenderes in necessitates tuas. et est constructio defectiua: et est sensus) quicunque dixerit et c.) idest licite et bene potest dicere quod dictum est: et impleuit preceptum diuinum: et est dignus vita eterna: quod est falsum: quia scd̄m veritatē est trangressor precepti: et hoc est quod subditur. f Et non honorificabit patrem et c.) Illud quod erat sibi debitum subtrahendo. g Et irritum fecestis vos sacerdotes et pharisei.

h Mandatum dei et c̄) Ad maiorem intellectum considerandum. ꝙ pater per se tenetur prouidere filijs quia est causa eorum q̄ntum ad esse: et ideo debet eis nutrimētum et documentum. Filius autem tenetur prouidere parentibus de necessariis per accidens scilicet si indigeāt et ipse sit potēs. Et ideo si pater iam in necessitatē incurrerit: bona de quibus filius potest sibi administrare iam sunt sibi debita: de alieno autem nullus potest deo sacrificium facere: et ideo talia deo offerre non est licitum: quia hoc est transgredi preceptum de honore parentum: secus autē esset: si filius bona sua deo vouisset vel consecrasset antequā parentes essent in necessitate positi: quia tunc non esset licitū de eis prouidere parentibus: quia si esset deo votum factum de aliquo immolatitio: non posset immutari. Si autē de aliquo nō immolatitio. nō poterat mutari nisi per redemptionem. Ex dictis patet falsitas illius opinionis que dicit: ꝙ filius post professionē factam in religione tenetur exire claustrum propter necessitatē parentū etiā cōtra voluntatē sui superioris: quia per talem professionem est deo iam consecratus: et ideo propter necessitatem parentum nō debet cōtra votū tale facere. Hoc etiam patet alia rōne: quia filius cū venerit ad etatē adultam sicut potest inuitis parentibus licite matrimoniū cōtrahere: vel ad sacerdotiū promoueri: ita etiam religionem ingredi cessante tunc necessitate parentum: sed per sacerdotium excusatur de hoc

quod non tenetur subuenire patri per vsum armorum si ab hostibus inuadatur: quia iam non est sibi licitum pugnare corporaliter: similiter per matrimonium excusatur: quod non tenetur manere cum patre: quia est obligat' vxori: ergo multo fortius p professionē factam in religione excusatur a subueniendo parentibus nisi secundum modum conuenientem sue regule: ⁊ per consequens non debet propter hoc contra votum obedientie facere: immo esset inobediens hoc faciendo. Per hoc patet solutio cuiusdam rationis: que solet ad oppositum induci que talis est. Votum factum de his que sunt supererogationis non preiudicat illis que sunt de necessitate precepti: cum preceptum implere sit necessitatis: vouere autem talia nō: sed votū religionis est de his que sūt supererogationis. subuenire autem parentibus in necessitate est de necessitate precepti: ergo per votum religionis per professionem solemnizatum non absoluitur aliquis quin teneatur administrare parentibus: sicut ante: ergo per consequens tenetur exire claustrum propter necessitatem parentum: etiam contra voluntatem superiorum Dicendum ꝙ per professionem non absoluitur a precepto: bene tamē absoluitur aliquo modo implendi preceptum: quia preceptum de honore parentum est affirmatiuum: ⁊ ideo non obligat ad semper sed pro loco ⁊ tēpore ⁊ alijs debitis circunstantijs que aliquando variantur secundum conditionem ipsius implentis preceptum: quia aliquis modus subueniendi patri efficitur inconueniens ⁊ illicitus ipsi filio per assumptionem alicuius status liciti: immo etiam perfecti: sicut subuenire patri per defensionem armorum efficitur illicitum per sacerdotij statum: tenetur tamē ei subuenire alijs modis suo statui conuenientibus. ita eodem modo post votum obedientie subuenire patri contra voluntatem superioris efficitur illicitum ipsi religioso: tenetur tamen ei subuenire modis conuenientibus professioni sue.

Hypocrite[a] bn̄ prophetauit d̄ vob ysaias dicēs. Populus hic labijs me honorat: cor autē eorū longe est a me. Sine causa[b] autem colunt me[c] docentes doctrinas et mandata hominum[d].

a Hypocrite) Hic redarguit saluator iudeos de falsa sanctitatis simulatione: quia ad hoc ꝙ essent in reuerentia populi ostendebāt sanctitatem in verbis: ⁊ in exteriori conuersatione: cum tamen corrupti essent in intētione: sicut fuerat prophetatum per Isaiam. xxix. capitulo licet sub alijs verbis ponatur ꝙ̄ hic: sententia tamen est eadē: sequitur.

b Sine causa idest frustra.

c Colunt me) Sicut enim medicina dicitur sine causa vel frustra propinari: que non confert sanitatem: sic cultus diuinus qui non ducit ad veram felicitatem sequitur. d Docentes doctrinas ⁊ mandata hominum) quia propter suam auaritiam docebant trasgredi mandata dei propter traditionem suam: vt visum est in falsa expositione precepti de honore parentum: ⁊ hoc etiam faciebant propter suam superbiam: vt propter doctrine auctoritatem populus deferret eis maiorem reuerentiam.

Audite ⁊ intelligite) Hic saluator arguit iudeos de vana superstitione: ⁊ diuiditur in duas partes: quia primo facit qd̄ dictum est in generali. Secundo magis explicat intentionem suam in particulari: ibi. respondens autem petrus.

Prima in duas quia primo in generali ponit suum documentum: secundo ex hoc subiungit phariseorum scandalum ibi tunc accedentes. Circa primum aduertendum ꝙ sicut dictum est lotio manuum ante commestionem vel cibariorum appositionem faciebat ad quandam honestatem: ⁊ munditiam corporalem: ⁊ in hoc erat bonum: sed si omitteretur temere ꝙ ex hoc incurre

retur immunditia spiritualis: hoc est falsum ꝛ superstitiosum: quia immunditia spiritualis prouenit ab interiori delectatione ꝛ consensu mentis: non ab ipsis rebus corporalibus: ꝛ hoc est quod dicit hic.

Et conuocatis ad se turbis[a] dixit eis. Audite[b] ꝛ itelligite[c] Non qđ itrat in os[d] coinquinat hoīez[e]: sꝫ qđ procedit ex ore[f] hoc coinquinat hominē[g]. Tūc accedentes discipuli eius[h] dixerūt ei. Scis quia pharisei audito hoc ṽbo scādalizati sūt? At ille respondens ait. Ois plātatio[i] quaz non plantauit pater me[9] celestis eradicabit[k] Sinite hos[l] ceci sūt[m] ꝛ duces cecorum[n]. Cecus autē si ceco ducatū prestet ambo in foueaz cadūt. Respōdens autem Petr[9][o] dixit ei. Ediscere nobis[p] parabolā istā[q]. At ille dixit[r]. Adhuc ꝛ vos sine itellectu estis? Nō itelligitis: qr omne

a Et conuocatis ad se turbis) reuocādo eos a falsa doctrina eorum (dixit eis.)
b Audite) aure corporis.
c Et intelligite) aure mentis.
d Non qđ intrat in os) idest cibus corporalis.
e Coinquinat hominez) spiritualiter scilicet nisi inquantum per delectationem male afficitur ad cibum.
f Sed quod procedit ex ore) idest verba que sunt malitie interioris significatiua.
g Hoc coinquinat hominem) Considerandum ꝙ christus hic non dicit contra legem. licet enim aliqui cibi in lege reputarentur immundi: vt caro porcina ꝛ huiusmodi. hoc tamen non erat secundum eorum doctrinaz: quia omnis creatura dei bona est: prime ad Thimo. iiij. capitulo. Unde Genesis. j. Uidit deus cuncta que fecerat: ꝛ erant valde bona. Dicitur autē porcus immundus ꝛ agn[9] mundus: vt dicit Augustinus contra faustum: quia per animalia immunda secundum legem significātur quedam vicia que sunt euitanda. ꝛ ideo quia lex euangelica que spiritualis est inchoata fuit per xp̄m. ideo ꝛ illa obseruatio figuralis ciborum non erat amplius obseruanda.
h Tunc accedentes discipuli eius). Hic ex doctrina christi ponitur pha-riseorum scandalizatio: quia per doctrinam christi videbant eorum simulationes ꝛ doctrinam reprobatam: ꝛ non poterant resistere per rationem vel per scripturam: ideo ex inuidia mouebantur contra christum ad mouendum seditionem. Et quia veritas vite iustitie ꝛ doctrine non est omittenda ꝑpter scandalum aliorū: qꝛ tale scandalum ꝓcedit ex malicia ipsius scandalizati vnde dicit beatus Gregorius. Si đ veritate scādalum oritur: rectius oriri permittitur: quaz quod veritas relinquatur. ideo sequitur.
i Omnis plantatio) idest doctrina ab homine inuenta que non est legi ipsius dei consona.
k Eradicabitur) quia non habet firmum fundamentum ꝛ radicem.
l Sinite illos) idest doctrinam eorum euitate.
m Ceci sunt). i. carentes vero intellectu legis.
n Et duces cecorum) quia alios excecant suo errore; ꝛ ducunt eos ad precipicium.
o Respondens autem Petrus) Hic aperitur predicte doctrine christi intellectus magis in speciali: quia petrus pro se ꝛ ꝑ aliis q̄siuit itellectū dicēs. p Ediscere nobis). i. expone. q Parabolam istā). i. sñiam occultā. r At ille dixit Adhuc ꝛ vos sine itellectu estis) quasi dicat. tādiu audistis doctrinā meā: quod statim deberetis intelligere ea que dicta sunt. vnde sequitur. s Non intelligitis: quia omne ꝛc.) istud est veruz

per sinedochē q2 aliqua pars de omni cibo qđ intrat in os. a In secessum emittit) quia in omni cibo quantumcū q3 puro est aliquid impuritatis ⁊ a natura expellitur tanquam superfluum: ⁊ aliquid retinetur tanquaȝ ad nutritionem necessarium: ⁊ neutrum istoruȝ coinquinat hominē spiritualiter loquendo. b Que autez procedūt de ore) vt vba. c De corde exeunt) quia sunt conceptus mentis significatiua. d Et ea coinquināt hominez) quando sunt male cogitationis significatiua: ⁊ h est quod sequitur. e De corde enim exeunt cogitationes male) ⁊ per consequens. f Homicidia).i. cōsilia ⁊ colloquia ad ppetrandū huiusmodi vicia q̄ hic tangūtur ⁊ consimilia. g Hec coinquinant hominem spiritualiter. h Non lotis aūt manibus ⁊c.) immunditia spūali

quod intrat in os in ventrem vadit ⁊ in secessuȝ emittitur[a]. Que autem procedunt de ore[b]. de corde exeunt[c] ⁊ ea coinquinant hominem[d] De corde eni exeūt cogitatiōes male[e]:

Expositio moralis.

b Cum aūt ꝑseuerarēt interrogantes cum erexit se) ad eoꝝ importunitatē reprimēdaꝫ. c Et dixit qui sine peccato ⁊c̄) quasi dicat puniat peccatrix sed non a peccatoribus: impleat lex quam allegatis: sed non a transgressoribus legis. Jn inferendo enim penaꝫ iustam: debet obseruari debitus modus d Et iterum se inclinans scribebat) Dicunt aliqui ꝙ scribebat idem qd̄ prius: ad ostendendum maiorem firmitatem sententie. Alij dicunt ⁊ melius vt videtur ꝙ scribebat eorum peccata vt eos ostenderet ineptos ad accusationeꝫ huius femine: ideo seqtur. e Unus post vnum exibant) quia grauioribus criminibus irretiti erant. Sed si queratur quomodo scribebat. Dicendum ꝙ non scribebat per singula sed diuina virtute potuit facere ꝙ in aliqua figura ab eo protracta: qlibet eoruꝫ videret sua ꝓpria peccata ⁊ non aliena: nec ab alijs videbantur.

f Et remāsit solus iesus) non est intelligenduꝫ ꝙ xp̄s remāsit solus simpliciter cum illa muliere: qr remāserūt cuꝫ eo discipuli ⁊ multitudo populi: sed remansit solus a suis calumniatoribus.

g Erigēs) Posito rigore iustitie: h̄ xp̄s ip̄m tēperat dulcore misericordie: ⁊ hoc ē qd̄ dr̄ (Erigens autē se iesus) confutatis calumniantibus.

h Dixit ei. Mulier vbi sunt q te accusabant) in quo examinatur de accusatione: ⁊ consequenter de cōdēnatione (nemo te cōdēnauit) ⁊ subditur mulieris rn̄sio. i Nemo dn̄e) qr recesserāt vt visum est subdit xp̄i absolutio. k Dixit aūt iesus: nec ego te ꝯdēnabo) qr veni peccatores saluare ⁊ nō ꝯdēnare. l Uade) absoluta a culpa ⁊ a pena. m Et iam amplius noli peccare) saluādo eni naturā dānat culpam. Circa hoc sciendum qd̄ hoc factū xp̄i nōest trahendū ad cōsequētiā: immo debēt sacerdotes in foro penitētiali imponere penitentiam s̄m conditionē peccantis ⁊ peccati: qr non habēt talē potestatē dimittēdi poterat etiam xp̄s illi mulieri tantam contritionem dare ꝙ sufficeret ad deletionem illius culpe ⁊ pene: ⁊ illam contritionem cognoscere: non sic aūt alius sacerdos qui nō nouit cor nec videt: qr homo videt ea que patent. vt habet primi Regum. xvi. cap.

Expositio moralis.

PErrexit iesus in montē oliueti ⁊c̄.) sequitur (adducunt autem scribe

⁊ pharisei mulierē)per mulierem istam in adulterio deprehensam significatur quelibet persona christo per fidē despon sata ſm illud.ij.Corin.xj.capi.despondi enim vos vni viro virginem castā exhibere xpo:

Dominica quarta in quadragesima epistola Pauli ad Galathas quarto capitulo.


Rés scriptuz est[a] quoniaz abraā duos filios[b]

sed postea p mortale peccatuz cū dyabolo adulterata Per scribas ⁊ phariseos demões significatur: dicuntur hic scribe:quoniam nostra peccata retinent memoriter tanq̄ firmiter scriptum: ⁊ pharisei.idest diuisi recte dicuntur:nam a christo ⁊ sanctorum consortio separantur. Hi mulierem ad iudicium adducunt:quia damnationem hominum sollicite querūt:sed quia dn̄s nō vult mortem peccatoris:sed vt magis cōuertatur ⁊ viuat.Ezech.xviij ca.ideo dicit ei(Uade ⁊ amplius noli peccare)qa sibi sufficit vera penitentia de preteritis ⁊ cautela contra recidiuum pro futuris.

¶ Questio fratris Antonij Betontini. Magister hec mulier modo deprehensa est in adulterio ⁊c. Joannis.viij.ca. Super quibus verbis mouetur questio.

¶ Utrum viro liceat propter adulteriū vxorem occidere. Ad quod breuiter respondetur ſm doctrinam dn̄i Bonauē. Ricar. ⁊ aliorum theologorum distin. xxxvij. quarti libri sentētiarum. q̄ viruz vxorem adulteram interficere tripliciter potest intelligi. Aut ex auctoritate ꝓpria aut ex lege ecclesiastica:aut ex lege ciuil ⁊ humana. Auctoritate propria nulli licet propter adulterium vxorem occidere. Unde magister sentētiarū disti.supra notata inquit. Quicūq; propriam absq; lege ⁊ sine causa scilz iudiciali.idest absq; iudicio ⁊ certa probatione vxorem interfecerit aliamq; duxerit:depositis armis publicam agat penitentiam. Et hec verba notantur.xxxiij.q.ij.cap.interfectores. Et licet in principio capituli dicatur interfectores suarum coniugum sine iudicio:cum non addit adulterarum vel aliquid huiusmodi: quid aliud habendi sunt q̄ homicide. In quibus verbis dici videtur q̄ si quispiam vxorem adulterā inf fecerit absq; iudicio non reputat homicida: tamen ibi quā do dicit. Cū non addit adulteraruz supplendum est maxime ſm glo. q2 grauiores sunt homicide qui sine causa vxores suas interficiunt. Lege insuper ecclesiastica non licet quia eodem loco magister ait: Ecclesiastica disciplina spirituali gladio non materiali criminosos feriri iubet. Et infra ibidez dicitur. Sed sancta dei ecclesia nunq̄ mundanis cōstringitur legibus: gladium non habet nisi spiritualem. Lege autem ciuili ⁊ humana: si scilz vir procurat a iudice vt vxor sua occidatur adultera licitum est amore iustitie non vindicte libidie: ⁊ hoc modo lex moysi Leuiti.xx.capitulo. dixit. Si mechatus quis fuerit cum vxore alterius ⁊ adulterium perpetrauerit cum coniuge proximi sui morte moriatur ⁊ mechus ⁊ adultera. qua lege ⁊ scribe ⁊ pharisei dicebant domino: magister hec mulier modo ⁊c̄.

¶ Expositio litteralis.

In hac lectione epistola apostolus declarat cessationem legalium per similitudinem postq̄ per rationem ostendit: ⁊ accipitur de scriptura Gene. xvj. ⁊.xxj.capi. Et primo ponitur figura. Secundo ad propositum adaptatur ibi Nos autem secundum Isaac. Circa primum dicit sic.

a Scriptum est) in locis preallegatis

b Quoniam Abraam duos filios habuit)plures autez habuit de cethura: vt patet Genesis.xxv.cap. Sed istos duos hic tantum exprimit apostolus

quia de illis magis loquitur scriptura & quia faciunt ad propositū non autē alij. a Unum de ancilla) scilicet Ismaelem: b Et vnum de libera) scilicet Isaac. Sciendum tamē q agar mater Ismaelis fuit vxor abrae vt dictuz est Gene. xvij. capitulo quia tamen sara erat vxor eius principalis: ideo hic agar retinuit nomen ancille. c Sz q de ancilla secundum carnē natus est) i. per moduz naturalem. d Qui autem de libera. per repromissionem) scilicet dei ad innantis naturam: q2 sara erat sterilis & cum hoc transierat in ea tempus concipiendi quando concepit Isaac. Erat. n. tunc nonagenaria. Gene. xvij. capitulo. (Que sunt per allegoriam dicta) habet enim sacra scriptura quadruplicem sensum. s. hystoricum qui per voces significatur: & mysticum qui per rem significatā intelligit: & hic ē triplex. s. moralis qn̄ intelligit qd agendū sit. Allegoricus qn̄ designat quid credēdū. Anagogicus qn̄ signat quid in patria sperādū: & hec pn̄t videri in hoc noīe hirl'm qd in sensu litterali significat ciuitatem iudee metropolim: in morali aiaz fidelem In allegorico ecclesiam militantez: & in anagogico ecclesiā triūphantē. vnde versus: Littera gesta docet: quid credas allegoria Moralis quid agas: quo tendas anagogia. e Hec enim sunt duo testamenta) ꝺm sensum allegoricum. f Unuz quidē in mōte syna) quia vetus testamētū fuit ibi datum a deo cuius in hoc fuit abraam figura. g In ꝺuitutē generans). i. subijciēs hoīes seruituti legali: qd fuit onus importabile. vt pz gala. iij. capi. h Que est agar). s. significatiue: fuit enī figura seruitutis legalis. i Syna eni mons est in arabia). i. licet syna ꝺm litteralez sensum multuz distet a hierusalem: tamē cōiunctus ē ei ꝺm sensuz allegoricum quia seruit[a] legis per nomē syna significata tunc vigebat i hierusalem: vbi erat templuz i quo offerebantur sacrificia: & exercebantur legalia: nōduz eni erat destructū p romanos q2 destructio illa fuit post passionez apl'i q passus fuit sub Nerone. Tēplū vero fuit destructū postea Uespasiani tpe. k Et ꝺuit cū filijs suis). i. cū iudeis i ꝺuitute legis. l Illa aūt q sursuz est. s. ecclesia q est. m Hierl'm) allegorice que dicit sursuz q2 predicat & pmittit bona celestia. n Libera est) a ꝺuitute legis. o Que est mr̄ nr̄a) p baptismū eni sum' regenerati ex ea p Scriptū ē. n.) isai. liiij. ca. de hac generatione scd'a q Letare sterilis que nō paris) idest ecclesia de gentibus collecta que tpe veteris testamenti erat sterilis ab operibus bonis. r Erūpe) in laudē diuinā s Et clama) corde & ore pro grārum actione. t Quia multi filij deserte). i. gētilitatis ad fidē xp̄i cōuerse que ante erat a deo d'serta pp̄ter eius ydolatriam. v Magis q̄ eius que habet virū). i. synagoge que in monte synai desponsata fuit deo in legis susceptiōe. x Nos) Hic cōsequēter magis adaptatur figura ad ppositū cū dicit) Nos aūt). s. xp̄iani

habuit: vnū de ācilla[a] & vnū de libera[b] Sed q de ancilla ꝺz carnē natus est[c] qui autē de libera per repmissionē[d]: que sūt p allegoriaz dicta. Hec enī sūt duo testamēta[e]: vnū qdē in monte syna[f] in seruitutez generās[g] q est agar[h] Syna eniz mōs est in arabia[i]: qui coniunctus est ei q nūc est hierusalez: & seruit cuz filijs suis[k] Illa aūt que sursuz ē[l] hierusalē[m] libera ē[n] q est mr̄ nr̄a[o] Scriptuz est. n.[p] Letare sterilis q nō paris[q]: erumpe[r] & clama[s] q nō parturis: q2 multi filij d'serte[t]: magis q̄z eius que habz viruz[u]. Nos aūt fr̄es

ſꝫ iſaac[a] ꝓmiſſionis filij ſumus[b] Sꝫ quō tūc is q ſꝫ carnē natus fuerat[c] pſeq̄baẗ eū q ſm ſpm̄[d] ita et nunc[e]. Sed qd dicit ſcriptura[f] Eijce ancillam[g] ⁊ filium eiꝰ. Non enim heres erit filius ancille cuꝫ filio libere. Itaqꝫ fratres non ſumus ancille filij ſed libere[h] qua libertate: Chriſtus nos liberauit.

a Scđm iſaac).i.ad ſimilitudineꝫ eius b Promiſſionis filij ſumus).i.geniti ꝑ gratiā non per naturā ſicut iſmael.
c Sed quō:tunc is q ſm carnē natꝰ fuerat)ideſt iſmael. d Perſequebaẗ euꝫ q ſm ſpiritum).ſ.Iſaac qui natus erat ſm promiſſionē diuinaꝫ ſpiritꝰ enī eſt deus Ioānis.iiij. capitulo.
d Perſeq̄baẗ) de hac perſecutione dictum eſt:
Geñ xxj.ca.qđ ſm expoſitores catholicos fuit corporalis. Nam iſmael q erat maior corpore ⁊ fortior Iſaac ſub ſpecie ludi ledebat eum malitioſe: ſecundū vero hebreos fuit ſpiritualis quia inducebat Iſaac ad aliqua q̄ ſapiebant idolatriam. Dictio enim hebraica ibidē poſita eſt equiuoca ad ludum ⁊ ad idolatriā ⁊ dictū apoſtoli videẗ eſſe magis conſonū ſecūde expoſitioni cum ſubditur.
e Ita ⁊ nūc) qꝛ pſeudo apoſtoli ſuadebāt galathis iudaizare qđ eſt ſiće ipſi idolatrie poſt euangelium publicatum.
f Sed qd dicit ſcriptura) Geñ.xxj.ca.
g Eijce ancillā) ⁊ ſic factum eſt ad litterā de Agar ⁊ Iſmaele filio eius:ꝑ qđ figuratū fuit ꝙ legalis obſeruantia cū obſeruatoribus ſuis a conſortio fidelium erat in aduentu xp̄i abijcienda.iđ ɔ̄cludit aplꝰs. g Itaqꝫ fratres non ſumꝰ ancille filij).i.ſeruituti legaliū ſubiecti.
h Sed libere).i.militantis eccleſie a talibus liberate. i Qua libertate xp̄us nos liberauit) qui per ſuaꝫ benedictam paſſionem legalia euacuauit.

¶ Queſtio fratris Antonij betontini
Letare ſterilis que non paris erūpe ⁊ clama que nō parturis. Ad Galla.iiij.capi.
¶ Super quibus verbis inſurgit dubitatio. Que ſunt illa que ſunt oportuna cuilibet predicatori. Ad quod breuiter rn̄detur ex ſententia doctoris irrefragabilis Alex.i.parte tertij voluminis ſui in fine ⁊ quorundā aliorū. ꝙ predicator qlibet tria precipue in ſe habere debet. Primo vt ſit interius charitate ardens: apoſtolo prime ad Corinth. xiij.ca. teſtāte qui ait Si linguis hominum loquar ⁊ angelorū: charitatē aūt non habeā: factus ſū velut es ſonās aut cimbalū tinniens. Ex hoc igitur charitatis zelo tenetur dicere omnino veritateꝫ ⁊ vicia pp̄lo nūciare. aliter ſi ex rationabili cauſa nō tacet: coram deo ⁊ pp̄lo rationē obligabiẗ reddere: quia Bernar. teſte. non licet tacere cui ex officio incūbit peccantes arguere. Idcirco Paulus aplꝰs prime ad Corith. ix.capi. ait de ſeipſo. Ue mihi ſi non euāgelizauero. Nam cum predicatoris culpa ⁊ ſuo inſano ſilentio anime proximi ſanguine xp̄i precioſo redempte: ꝑyclitātur: ab eo teſtante propheta veritatis requirat dn̄s. Scđo autem vt ſit exterius vita lucens: qꝛ vt beatus Grego. in ſermone de virginibus ait. Cuius vita deſpicitur reſtat vt eius predicatio contēnaẗ. Unde Hiero. inquit ad Nepotianū Nō confundant opera ſermonē tuū: ne cum i eccleſia loquaris tacitus quilibet reſpondeat: cur ergo hec dicis que ipſe non facis. Ex quo ſequiẗ ꝙ ſermo predicatoris debet eſſe honeſtus vt prudenter caſte ⁊ ſobrie v̄ba ꝓponat. prudēter ne qđ ignoratur manifeſtum faciat. Caſte: quia multa nō poſſunt caſte fieri: que poſſunt caſte dici. Sobrie: ne qd amplius: vel minꝰ dicat: q̄ꝫ neceſſitas vrgeat. ne videlicet dānum vel immediate ſcandalum oriatur: ſicut ad Romanos. xij. capitu. ſcriptum eſt. Non plus ſapere inquit apoſtolus q̄ꝫ oportet ſapere ſed ſapere ad

ſobrietatem. hoc autem predicator faci-
liter faciet ſi vitam bonam ⁊ honeſtam
ducet. Tertio vt ſit ad actum predicandi
competens: in quo multa ſunt attēden-
da. Primo locus: quia in eccleſia: vel in
alio loco ho-
neſto ⁊ pu-
blico predi-
care debꝫ nō
autem in pri-
uatis domi-
bus: ⁊ per oc-
culta conuē-
ticula: ne he-
reſis ſuſpitio
naſcatur: vt
in decretis.
xxx. diſ. cap.
ſi quis. ⁊ maxime. x. capi. ſcribitur. Qđ
in aure audiſtis predicate ſuper tecta. Se-
cundo tempus Grego. xij. capitulo pa-
ſtoralis ait. Sicut in cauta locutio in er-
rorem protrahit: ita indiſcretum ſilen-
tium eos qui erudiri poterant in errore
derelinquit. Tertio qualitas dicendorū
vt ſcilicet predicator vtilia doceat. iuxta
illud Iſai. xlviij. capitulo. Ego dominus
docens te vtilia. Quarto officium vt de
reliquis breuitatis cauſa taceam. Nam
lxxxvi. diſtinctione decretorum capitu.
Facientis: dicitur facientis proculdubio
culpam habet qui quod poteſt corrige-
re negligit emendare. Et infra. Neglige-
re cum poſſis perturbare peruerſos: ni-
hil aliud eſt quam fauere. nec caret ſcrupulo
concellionis occulte: qui manifeſto faci-
nori deſinit obuiare. Cum igitur hec om-
nia conſidero quamquam nimia charitate nō ar-
deam: nec vita tali quali debeo viuam:
tamen cogor officio cogor vtilitate dicē-
di: cogor ⁊ tempore licet honeſtate ⁊ ve-
recundia tenear vt vobis aliquid hodie
tangā quatenus audiſtis veſtris iniqui-
tatibus a nobilitatibus veſtris ⁊ vltra ſi
fieri poteſt extirpetur cauſa tāte maligni-
tatis: abhominationis ⁊ iniquitatis. Un-
de vas electionis Paulus apoſtolus ho-
die clamat ⁊ dicit. Letare ſterilis que nō
paris. ⁊c.

Dñica. iiij. xl. Euange. ſm Ioā. vj. capi.

In illo tempore. Abijt ieſus trāſmare galilee[a] quod eſt tyberiadis: ⁊ ſequebatur eum multitudo magna[b] quia videbant ſignaque faciebat ſuper his qui infirmabantur[c]. Subijt er-

Expoſitio litteralis.

In hac lectione euangelica tangit Io-
annes ſecretarius ieſu chriſti de nu-
trimento corporali correſpōdente nutri-
mento ſpirituali: ⁊ ponitur ſignum ſenſi-
bile de collatione cibi corporalis: vt per
hoc induca-
mur ad intel-
lectum cibi
ſpiritualis: ⁊
diuiditur in
tres quia pri-
mo ponitur
miraculi tē-
pus ⁊ locus
ſecundo mi-
raculi actus
ibi. Cum ſub-
leuaſſet: ter-
tio. ꝯſequēs fructus: ibi. Illi ergo hoīes.
In prima parte dicit ſic.

a Abijt ieſus tranſmare galilee) Iudei
enim querebant eum interficere ⁊ non
erat tempus adhuc paſſionis ſue ideo re-
cedendo dedit exemplum cedendi ad tē-
pus malicie humane: oſtendens quod aliquā-
licitum ſit chriſti fidelibus fugere in per-
ſecutione.

b Quod eſt tyberiadis) illud enim ma-
re eſt quidam lacus magnus per quem
tranſit iordanis fluuius ſed vocatur ma-
re ſcđm modum loquendi hebraicum
in quo congregatio aquarum vocatur
mare ſcđm illud Gene. primo capitulo.
Congregationeſqꝫ aquarum vocauit ma-
ria. Uocatur autem mare galilee a pro-
uincia iuxta quā tranſit: ⁊ vocatur ma-
re tyberiadis ex nomine ciuitatis edifi-
cate in littore: que antiquitus geneſaret
dicebatur: ſed ab herode tetrarcha fuit
reedificata ⁊ ampliata: ⁊ tyberias voca-
ta in honorem tyberij Ceſaris. Uoca-
tur etiam mare illud alijs nominibus:
vt declaraui ſuper Matthe. ⁊ ideo illa
dimitto.

c Et ſequebatur eū multitudo magna)
Quidam ex deuotione ab eo curati: qui-
dam malitioſe volentes eū capere in ſer-
mone vt phariſei: ⁊ quidā ex deſiderio adi-
ſcendi: ⁊ aliqui ex curioſitate volētes mi-
racula que faciebat videre: ideo ſubdit.

go in montē iesus.[a]
⁊ ibi sedebat cūz di-
scipulis suis[b]. Erat
aūt ꝓximuz pascha
dies festꝰ iudeorū[c].
Cū sbleuasset[d] ergo
oculos iesus ⁊ vidis
set qꝛ multitudo ma
xima venit ad eū di-
cit ad philippū. Uñ
ememꝰ panes: vt mā
ducēt hi[e]. Hoc autē
dicebat tētans euz[f].
Ipse eniz sciebat qd
essz facturꝰ[g]. Rñdit
ei philippus ducēto
rū denariorū panes
nō sufficiūt eis[h]. vt
vnusqsq3 modicuz
quid accipiat[i]. Dic
ei vnus ex discipulꝭ
eius: Andreas fra-
ter Simonis petri[k]
Est puer vnꝰ h̃ q ha

a Quia videbant signa que faciebat super his qui infirmabantur) hoc additur ad ostendendū ꝙ fiebant virtute diuina. Magicis eniz artibus bene fiunt aliqua curiosa ⁊ inutilia: sicut ꝙ statue loqūtur ⁊ consimilia sed sanitates que fiunt ad reducenduz homines in deuz fiunt tā-tūmodo virtute diuīa vt habet in itinerario clementis.

a Subijt ergo in montem) qꝛ erat locus deuotioni: et doctrine aptus ideo sequit.

b Et ibi sedebat cum discipulis suis) docens eos ⁊ sic patet locus in quo factum est miraculum sequens: tempus autez in quo factum est describitur cū dicitur.

c Erat autem proximum pascha dies festus iudeorum) Istud est festum paschale de quo iste euangelista facit mentionē: ⁊ in isto paschate non fuit iesus in hierusalem: ꝙuis enim xp̄s legem seruauerit: tamen in hac solēnitate non fuit: quia illi qui habebant inimicitias capitales erāt excusati a precepto legis qua precipitur. omne masculinum apparere coram dño in solēnitate paschali: sic autē erat de christo: quia iudei querebant euz interficere. Preterea xp̄s sicut seruando legem ostēdit se esse verum hominem de filijs israel ꝑm carnem: sic aliquando pretermittendo obseruationem eius ostēdebat se esse dominum supra legem.

d Cū subleuasset) Hic ponitur miraculi actus: ⁊ diuiditur in tres: qꝛ primo premittit miraculi necessitas: scđo describit eius qualitas ibi. Dixit ergo iesus: tertio ostenditur eius veritas: ibi. vt autem impleti sunt. Primū ostenditur tripliciter: scꝫ ex populi multitudine cū dicit (Cum subleuasset ergo oculos iesus ⁊ vidisset: qꝛ multitudo maxima venit ad eum) tm̄ eum desiderabant audire xp̄m qđ omiserant apoꝛtare secū alimentum ꝓpter qđ necessarium erat fieri miraculū. Ostenditur etiaz hec necessitas ex defectu pecunie cum subditur.

e Uñ ememus panes vt māducēt hi) non petit ignorans qđ deficeret eis precium sed vt ex responsione philippi appareret certius miraculum: vñ subditur.

f Hoc aūt dicebat temptans eū) vt per hoc defectus pecunie alijs ostēderetur: sicut Geñ. xxij. cap. temptauit deus Abraā: vt eius obedientia alijs manifestaretur nō sibi propter qđ sequit. g Ipse eniz sciebat quid esset facturus) qꝛ inquātum homo habuit plenitudinē scientie a principio conceptionis: ⁊ inquantū deus oīa nouit ab eterno. h Rñdit philippus: ducentorum denariorum panes nō sufficiunt eis) quasi dicat pauperes sumus et tantam pecuniam habere non possumꝰ: ⁊ si haberemus nō sufficeret pro eoꝝ refectione: ⁊ iđ sequit. i Ut vnusqsq3 modicum quid accipiat) iste enim philippus adhuc rudis existens non aspiciebat ad eius virtutem qua de aqua vinum fecerat: nec ad alia signa que frequenter fecerat ostenditur consequenter miraculi necessitas ex cibi paucitate.

k Dicit ei vnus ex discipulis eiꝰ Andreas frater simonis petri) Hic videtur melius dispositus ꝙ̃ philippus: quia in respōsione sua videtur habere respectum ad multiplicationem panum eo modo quo factum est per heliseum. iiij. Regum. iiij. capi. vnde subditur.

bet quinque panes ordeaceos ⁊ duos pisces[a] Sed hec q̄d inter tantos. Dicit ergo iesus[b]. Facite homines discūbere[c] Erat autem fenum multū in loco[d] Discubuerunt ergo viri numero quasi quinqꝫ milia[e]. Accepit ergo Jesus panes[f] ⁊ cuꝫ gratias egisset distribuit discūbētibus[g] Similiter ex piscibus quātum volebant. Ut autez impleti sunt[h] dixit discipulis suis. Colligite que supauerūt fragmēta ne pereāt[l] Collegerunt ergo ⁊ ipleuerūt. xij. cophinos fragmentorūk.

a Est puer vnus hic qui habet quinqꝫ panes ordeaceos: ⁊ duos pisces. Sed hec quid sunt inter tantos) quasi dicat etiam si multiplicarentur eo modo quo factum est per Heliseum: qui de viginti panib⁹ mltiplicatis non saciauit nisi centū viros: i ista magna multitudie. hoc esset valde modicū.

b Dicit ergo iesus) ondsa miraculi necessitate: hic cōsequēter describit ei⁹ qualitas per multiplicationeꝫ panum virtute christi ⁊ hoc est quod dicitur.

c Facite homines discumbere). i. ordinate sedere ad sedendum.

d Erat autem fenum multuꝫ in loco) hoc interponit ad ostendendum ꝙ loc⁹ erat aptus ad comedendum.

e Discubuerunt ergo viri numero quasi quinqꝫ milia) secundum modum hebraicum soli viri hic numerant a viginti annis: ⁊ supra vt habetur Numeri primo. Mulieres autem ⁊ paruuli hic tacentur.

f Accepit ergo iesus panes) quia in manibus suis multiplicati sunt).

De modo huius multiplicationis habetur Matthei decimoquarto capitulo: q etiam hic adducitur. De modo autem huius multiplicationis est dubitatio inter doctores: quia non determinatur in littera. Dicunt enim aliqui ꝙ hoc fuit sine additione alicuius materie: sicut de costa Ade formatum est corpus mulieris: sicut eniꝫ deus potest de nihilo aliq̄d facere: ita modicum corpus in magnuꝫ ꝯuertere sine adiectiōe materie. Alij aūt dicūt ꝙ hoc fuit per ꝯuersionē alicuius materie p̄existētis vt aeris vel huiusmodi in substantias panis ⁊ piscis: ⁊ hoc videtur Augustinus sentire sup Joānē. vj. dicens. Inde multiplicauit quinque panes: vnde ex paucis granis creat segetes. Certum est eniꝫ ꝙ segetes creant ex conuersione materie p̄existentis in segetē. Sciēdum tamen ꝙ christ⁹ nō creauit panes de nouo sꝫ p̄existētes mltiplicauit vt miraculū esset magis notum: quia talis multiplicatio est magis pceptibilis ꝙ̄ creatio.

g Et cum gratias egisset distribuit discumbentibus) idest per apostolos distribui precepit. Sciendum est etiam ꝙ christus aliqñ fecit miracula imperando vt ostēderet se facere illa p̄pria virtute: aliqñ autē orādo vt hic cum dr̄ gratias egissꝫ) vt ostenderet ꝙ talia non fiebant ab eo per demones magica arte vt pharisei dicebant.

h Ut aūt impleti sunt) hic ostēdit miraculi veritas. Si enim multiplicatio illa fuisset tantū s̄m apparentiā homines non fuissent inde satiati: nec remansissent ibi reliquie sensibiles. Ideo ad maiorem declarationem miraculi ⁊ eius publicationem subditur.

i Dixit discipulis suis colligite que superauerunt fragmenta ne pereāt) qr p fragmēta portata alijs qui non fuerāt ibi publicatum est miraculū ⁊ approbatū: q̄r vere ⁊ non ficte reficiebant.

k Collegerūt ergo ⁊ impleuerunt. xij. cophinos fragmentorum) non a casu: sed ex diuina dispositione impleti sunt. xij. cophini secūdum numerum. xij. apostolorum: vt et per hoc designaretur quod fragmenta

verboꝝ xp̄i per apl'os per mundū publicarentur. Sed si queraṫ. vñ habuerunt illos cophinos in monte. Poteſt dici ꝙ acceperūt in aliqua villa ꝓpinqua: vel ꝙ fuerunt ibi portati vt venderenṫ multitudini venienti vel poteſt dici ꝙ ñ fuerāt ibi cophini: ſed tātum collegerunt de fragmentis ꝙ xij. cophini potuiſſent impleri: vt bene alibi inuenitur talis modus loquēdi.

ex quinqꝫ panibus[a] ordeaceis ⁊ duobus piſcibus que ſuperfuerunt his qui mā ducauerant. Illi ergo homines[b] cuꝫ vidiſſent qd̄ Ieſus fecerat ſignum dicebant[c]. Quia hic eſt vere propheta: qui venturus eſt in mundum.

a Ex qnqꝫ panib') hoc etiā facit ad euidētiam miraculi: q̄r plus remāſit q̄ a principio fuit. d Illi ergo (Hic poniṫ miraculi fructus qui oſtēdiṫ in fidei ꝯfeſſione cū dr̄ (hic eſt vere ꝓpheta) Circa qd̄ ſciēdū ꝙ xp̄s erat ꝓmiſſus in lege tanq̄ ꝓpheta ceteris excellentior. vt habeṫ Deutero. xviij. ca. Prophetam ſuſcitabit: ꝓpter qd̄ viſo miraculo p̄dicto populus cōfeſſus eſt illum eſſe de quo loquiṫ p̄dicta ſcriptura: ⁊ ſic confitebantur euꝫ eſſe verum chriſtum: ⁊ hoc eſt quod diciṫ. b Illi ergo hoies ⁊c̄. fecerat ſignum) alias non auditū: quia illa multiplicatio que facta fuit per Heliſeum fuit multū deficiēs ab iſta vt patet per p̄dicta. c Dicebāt ⁊c̄. venturus eſt in mundum) ad ipſum ſaluanduꝫ ſic autē non venerunt alij ꝓphete: ſed ſolum ad denunciandum iſtius aduentum.

Expoſitio moralis.

Abijt ieſus transmare galilee ⁊c̄.) ⁊ ſeq̄batur eum multitudo magna) quia adhuc populares ⁊ pedeſtres magis vadūt ad ſermones: ⁊ ad dei deuotiones q̄ diuites ⁊ equites (facite homies diſcūbere) Theophilus: Quieſcere facit xp̄s diſcipulos ſuos vt diſcant prepoſiti ꝙ qui laborāt in ope ⁊ ſermone requiē ꝓmerenṫ: ⁊ ꝙ non debēt cōtinue laborare) vñ ememus panes vt manducēt hi) Beda. Miſtice declinata die turbas ſaluator reficit: quia cum ſol iuſtitie ꝓ nobis occubuit a ſpūali media ſumus ſaluati. Prouocat apl'os ad fractionem panis. īſinuās ꝙ quotidie p eos ſint corda nr̄a paſcenda eoꝝ. ſ. litteris ⁊ exemplis Per quinqꝫ panes intelliguṫ quinqꝫ libri moyſi: ⁊ per duos piſces ꝓphete ⁊ pſalmi figuranṫ Duodeci cophini ſūt. xij fructus ſpūs ſancti: quibus reficimur in euchariſtie ſacramento.

Alia expoſitio moralis.

Subijt ergo ieſus in montē) Mons iſte ſignificat montem Caluarie in quo dedit nobis nutrimentuꝫ ſalutis. ſicut in hoc monte pauit multitudinē copioſam: ita ⁊ ibi nobis cōtulit gratiam ſufficiētē vt dicūt theologi. (Eſt puer vn' hic) Puer idē eſt ꝙ purus ⁊ mundus ab oi malitia: quo ſignificaṫ xp̄s q̄ fuit purus ab oi pctō (Habet qnqꝫ panes (ſicut in hoc puero in mōte ſunt reꝑti qnqꝫ panes: ſic in xp̄o in monte caluarie ſunt reperte qnqꝫ plage: ⁊ ſic̄ in puero erāt duo piſces ſic in chriſto due nature. ſ. humana ⁊ diuina. his enim ſaturauit. i. ſaluos fecit aſcēdētes in montem: ideſt volentes aſcendere in celum. Cetera patent in alia morali expoſitione: excepto ꝙ non ſuperauerunt de piſcibus ex hoc: quia eorum que ſemel aſſumpſit nihil vnq̄ dimiſit quia verus deus ⁊ verus homo regnat in celis.

¶ Queſtio eiuſdem Nicolai de lyra.

Ad maiorem euidentiam eorum que dicta ſunt hic ⁊ alibi de miraculis chriſti: queritur. Utrum chriſtus fecerit miracula ſola diuina virtute. Et arguiṫ p̄mo ꝙ ſic. Dicit enim Leo papa in epiſtola ad Flauianum. Cum in chriſto ſint due nature: vna earum eſt. ſ. diuina que fulget miraculis. Altera ſcilꝫ humana que ſuc

cumbit iniurijs ergo sicut se habet humana natura ad succūbendū iniurijs: sic se habet diuina ad agendū in operibus miraculosis: sed sola natura humana iniurijs succumbit: quia talia pati repugnat deitati: ergo sola natura diuina agit in operibus miraculosis. Et confirmat auctoritate psal. cxxxv. s. q facit mirabilia magna solus: ergo sola diuinitas est principiū agēdi miracula. Itē opera miraculosa excedunt totā virtutem nature create. natura autem humana in christo creata est: ergo vt videtur in nullo attingit opera miraculosa. Cōtra: quia xp̄s per tactum corporis sanabat miraculose: vt dicitur de muliere patiente fluxum sanguinis Matth. vi. ca. Quotquot autem tangebāt eū salui fiebant. Si ergo talis tactus nihil ageret id sanatione predicta: frustra adhiberetur quod nō cōuenit ipsi christo. scilicet aliquid frustra agere: ergo ille tactus aliquid fiebat: et certum est q̄ ptinebat ad humanitatem: ergo etc. Respondeo. In hac questione sic est pcedendum: qr primo videndum est qualiter viri sancti viui vel defuncti quorū miracula scripta sunt in illis operati fuerunt. Secundo qualiter Christus in quantū homo operatus fuerit. Circa primum aliqd est certum videlicet q̄ miracula non possunt fieri aliqua v̄tute tanq̄ pricipaliter agente nisi virtute diuina: quia sicut dictum est operatio miraculosa excedit totam facultatem virtutis create: similiter certum est q̄ sancti viri ad miracula possunt operari meritorie: quia frequenter expertum est miracula facta fuisse a deo ad preces sanctorum. Sed dubium est vtrū viri sancti in miraculis aliqñ operati sunt per aliquā virtutē in eis existētem: nō quia illa sit principalis ratio agēdi: sed tantū instrumentalis: vt sic deus tanq̄ pricipaliter agēs fecerit miracula p scōs tanq̄ p quedā instrumēta. Et hāc questionē reliquit Augusti. xxij. lib. de ciuitate dei insolutā: vbi enarratis multis miraculis martyꝝ dicit sic. Siue enim deus per seipsum miro modo quo res tēporales operat eternus: siue p suos ministros ista faciat: et eadē ipsaq; p ministros facit: siue quedā faciat etiā p martyrū spūs: siue p hoīes adhuc in corpe cōstitutos: siue deus ista p angelos qb' inuisibiliter imutabiliter: incorporaliter imperat operet: vt que per martyres fieri dicunt eis orōnibus tantū impetrātibus non etiā operantibus fiant: siue alia istis: siue alia illis modis: q nullo modo cōphēdi a mortalib' possunt: et tū attestat fides hec in qua carnis resurrectio pdicat. Btūs tū Grego. hanc questionē determinare videt in scdo lib. Dialogorum. Ubi dicit sic. Qui deuota mente deo adhereat cum res non necessitas exposcit exhibere signa mō vtroq; solent vt mira queq; aliqñ ex pce faciāt: aliqñ ex potestate cōcessa illis a deo. Et hoc pbat cōsequēter ratione et exēplo. Ratio autē talis est. Cui cōcedit illud quod est maius: non est mirū si aliqñ cōcedat q̄ ē minus. sed maior est potestas filios dei fieri etiā p adoptionē cū hoc solū sanctis cōcedat q̄ miracula opari q̄ etiam aliqñ malis cōcedit. vt habet Matth. vij. cap. Sed primū cōcedit hoibus sanctis scd'm q̄ dicit Joannis primo. Quotquot autē receperūt eum dedit eis potestatem filios dei fieri. Item probat hoc exemplo quia Petrus suscitauit thabitam orando. Ut habet Actuum. ix. cap. Ananiā vero et Saphiram morti tradidit subito absq; oratione: sed solum culpam eorū increpando. Actuū. v. ca. Et sic videtur illud factum fecisse ex aliqua potestate sibi cōcessa a deo tanq̄ instrumētum diuine iustitie. Item ad hoc videtur facere q̄ gratia dei diuidit per gratiam gratis datam: et per gratiā gratū facientē: et lz aliqñ ab aliquibus dictum fuerit q̄ gratia gratum faciens nihil ponit in anima tū gratia gratis data ab oibus conceditur q̄ aliquid ponit in anima: et hoc patet manifeste de gratijs gratis datis que

vocantur ſermo ſapientie ⁊ ſermo ſcien-
tie. Prime. Corin. xij. capi. Quia ſignifi-
cant quaſdam eminentes cognitiones
diuinorum ⁊ humanorum que ponunt
aliquid in anima: ſimiliter fides: prophe
tia genera linguarum: ⁊ interpretatio ſer
monum. Et eadem ratiõe videtur ꝙ gra
tia ſanitatum ⁊ operatio virtutum: ideſt
miraculorum que ponuntur gratie gra-
tis date: dicant aliquam virtutem in ani
ma exiſtentem. Dicunt tamen aliqui ꝙ
iſta virtus operantis miracula nõ eſt ali
qua virtus manſiua per modum paſſio-
nis tranſeũtis ſicut ⁊ prophetia: propter
quod tales non poſſunt facere miracu-
la: quotienſcunqȝ volũt nec prophetare.
Sed quicquid de concluſione ratio ta-
men non valet: quia ſicut dictum eſt ta-
lis virtus operandi miracula non eſt ꝓn
cipalis: ſed tantum inſtrumentalis. In-
ſtrumentum autem operari non poteſt
q̃uis ſit perfectum per formam ſuam ni-
ſi moueatur actualiter per manum arti-
ficis: ſicut patet ꝙ ſecuris non poteſt ſe-
care niſi per manum artificis moueaẜ.
Et ideo dato ꝙ talis virtus ſit manſiua:
non poteſt tamen operari ad miracula
abſqȝ motione diuine virtutis principa-
liter agentis. Si tamen talis virtus ſit
manſiua vel per modum paſſionis tran
ſeuntis ſolum: ſicut eſt motio inſtrumen
ti cum mouetur ab agente principali: ni-
hil dico modo. Item ad concluſionem
inducitur illud quod a ſanctis ⁊ docto-
ribus catholicis dicitur de ſacramentis
noue legis: videlicet ꝙ efficiunt quod fi-
gurant: ita ꝙ tanq̃ quedam inſtrumen-
ta diuine miſericordie agunt ad inductio
nem gratie ipſam inſtrumentaliter attin
gendo: vel ſaltem aliquam diſpoſitionez
ad ipſam vt caracterem vel aliquid ſimi
le correſpondens in ſacramentis que nõ
imprimunt characterem: ita ꝙ in ſacra-
mentis eſt aliqua virtus ad efficiendum
modo predicto. Et tamẽ ſacramenta cõ-
ſiſtunt in quibuſdam rebus ſenſibilibus
⁊ ideo multo fortius videtur ꝙ in ani-
mabus ſanctorum virorum defunctorũ
vel viuentium poſſit poni aliqua virtus
diuinitus eis conceſſa in operibus mira
culoſis per modum predictuȝ. Ex dictis
patet quid dicendum ſit de humanitate
chriſti que eſt organum ſeu inſtrumentũ
coniunctum ipſius deitatis: ſicut manus
eſt inſtrumentum artificis: homines au-
tem alij quantũcunqȝ ſancti non ſunt ſic
coniuncti: ⁊ ideo ſunt quaſi quedam in-
ſtrumẽta deitatis ſeparata: et adhuc plus
ſeparata ſunt eccleſie ſacramenta: inſtru
mentum autem coniunctum magis par
ticipat efficatiam agentis principalis q̃
ſeparatum: ⁊ ideo talis virtus operandi
miracula efficatior inuenitur in humani
tate chriſti q̃ in quibuſcunqȝ alijs. His
dictis poteſt reſponderi ad argumenta.
Ad primum dicendum ꝙ ſimile tenet q̃-
tum ad hoc ꝙ ſicut humanitas in chri-
ſto fuit ratio patiendi: ſic deitas eſt ratio
⁊ principium faciendi miracula principa
liter: non tamen tenet quantum ad ſecũ-
dum: quia nõ repugnat humanitati chri
ſti operari ad miracula per modum in-
ſtrumenti: repugnat autem deitati quali-
tercunqȝ pati. Verũtamen ratione idem-
ptitatis ſuppoſiti idiomata communi-
cantur quia ſicut hec eſt vera: deus paſ-
ſus eſt: ita hec eſt vera demonſtrato chri
ſto iſte puer creauit ſtellas. Ad illud qđ
inducitur de pſal. Dic ꝙ ly ſolus non ex
cludit humanitatem tanquã inſtrumen-
taliter agentem: ſed tanq̃ principaliter: ⁊
ſic intelligendum eſt reſpectu aliorũ ſan-
ctorum: ꝙ ſolus deus facit miracula ſci-
licet tanquam principale agens. Ad ſcđȝ
dicendum ꝙ inſtrumentuȝ in virtute pri-
cipalis agentis bene attingit ad aliquid
quod excedit facultatem propriam cõue
nientem ei ſm ſe: ſicut calor naturalis in
virtute anime generat carnem vt habe-
tur ſcđo de anima. Argumenta auteȝ in
contrarium concludunt tantuȝ ꝙ huma
nitas chriſti agebat ad miracula ſicut a-
gens inſtrumentale ⁊ ſecundarium qđ
conceditur. ⁊c.

Feria scda post qr//az dominicã. Euãtelium secundũ Joãnem.ij. capitulo.

In illo tpe. prope erat[a] pascha: iudeorũ ⁊ ascẽdit ihs hierosolymã[b] Et iuenit i tẽplo[c] vẽdẽtes oues ⁊ boues ⁊ colũbas[d] ⁊ numularios sedẽtes[e]. Et cuz fecisset quasi flagelluz d funiculis: oẽs eiecit de tẽplo. Oues quoqz ⁊ boues ⁊ nnmulariorũz effudit es ⁊ mẽsas subuertit: et his q columbas vẽdebãt dixit Auferte ista hic: ⁊ nolite facere domũ pris mei domũ negociatõis[g]

Expositio litteralis.

Quoniam sm sniam philosophi.iiij. methafisice: ad ipm esse sequitur ipsum operari: cũ oia sint determinata proprio operi: ideo hic euangelista declarat diuinitatem christi i opere scilicet per opera diuia ⁊ miraculosa que sũt diuine virtutis manifestatiua quia transcendunt virtutem totius nature create: vt patet in presenti euãgelio.

a Prope erat) Ponit ergo hic occasio prenunciandi suam resurrectiõez futuram: que non poterat fieri nisi virtute diuina: quoniam a priuatione ad habitum impossibilis est regressus sm naturam. Hec autem prenunciatio sue future resurrectionis fiebat quia ascendens iesus hierusalem eiecit de templo vendẽtes ⁊ ementes: quod videbatur pertinere ad personam super populum auctoritatem habentem. Et ideo huius auctoritatis petierunt iudei signum. Et hec occasio fuit predicendi signum sue resurrectõnis: ⁊ hoc est quod dicitur.

a Prope erat pascha iudeoꝝ) i tribus enim solennitatibus in anno tenebantur cõuenire in hierusalem. s. in solẽnitate pasce: penthecostes: ⁊ tabernaculorum vt habetur Exo.xxiij.ca. Veruntamen de festo tabernaculorum ⁊ pẽthechostes aliquãdo dispensabat cuz illis q erant a remotis: non tamẽ de solẽnitate pascali. Christus aũt vsqz ad passionem suã voluit legez obseruare: ⁊ per consequens in solẽnitate pascali hierusalẽ ascendere ⁊ hoc est quod subditur.

c Et ascẽdit Jesus hierosolymam) Ex hoc cõfutat error manichei: qui dicit vetus testamentum a diabolo eẽ datuz: quia christus nullo modo obseruasset ipsum.

c Et inuenit in templo) noie templi nõ accipitur hic ipsa domus dñi in q erat altar thimiamitis et candelabruz nec atriũ sacerdotum in quo erat altar holocaustorum: sed quoddaz atriuz vbi homines orabant ⁊ doctores etiã docebant ibidẽ ⁊ etiaz ibi vẽdebantur ea que in tẽplo offerrebant: ⁊ hoc est qđ dicitur.

e Vendentes oues ⁊ boues ⁊ colũbas) ⁊ quia talia non poterant de longinquo adduci: ideo sacerdotes cupiditate ducti statuerant homines talia ibi vendere vt venientes de longinquo non haberent excusationem de oblationibus dimittendis. Aliqui etiam eorum nõ habebant pecuniaz: ideo sacerdotes statuerunt ibi capsores qui sub cautione tradebant pecuniam ⁊ cum hoc vltra sortem aliqua munuscula recipiebant non tamen pecuniam ne arguerentur manifeste facere contra legem. Deutero.xxiij. capitulo. vbi dicitur. Nõ dabis fratri tuo ad vsuram pecuniam: ⁊ hoc est quod dicitur.

e Et numularios sedentes) qr hoc erat illicitum propter cupiditatem sacerdotum qui diuersis adinuentionibus depauperabant populum. vt patet ex predictis: ⁊ quia fraus ⁊ tumultus solent annecti mercationi que contrariatur orationi: ideo sequitur.

f Et cum fecisset quasi flagellũ ⁊c) ⁊ patet littera vsqz ibi.

a Recordati vero sunt discipuli eius q̄ scriptū est) psalmo.lxviij. de ipso.
b zelus domus tue comedit me) Ex facto enim christi recordati sunt scripture illius ⁊ impletionis eius de christo. Queritur hic. Quare nō resistebāt ei cū ipi essent mlti: ⁊ ipse solus ⁊ parum adhuc reputatus: Dicendum q̄ divina virtus in illo facto operabatur que apparebat in effectu cum volebat sicut infra Joannis. xviij. capitu. solo verbo prostravit eos qui volebāt eum capere. Corpus enim christi erat instrumentum divinitati coniunctū: ⁊ ideo ex oculis eius quidā fulgor exibat virtute divina eos deterrens ita q̄ resistere non audebāt. sicut in passione vox illa q̄ erat divinitatis quodāmodo instrumentū prostravit magnam multitudinē armatorū. Solet etiā queri ab aliq̄bus. Quō fecit flagellū de funiculis q̄ nō vēdebant ibi funiculi: sed solum illa que debebant in templo offerri. Et dicūt aliq̄ q̄ ipse xp̄s vtebat funiculo pro cingulo: ⁊ illum funiculū accepit de quo erat p̄cinctus: ⁊ ipsum duplicando fecit quasi flagellū: q̄uis hoc nō habeatur expresse in textu. tñ probabiliter pōt credi: q̄ nō oīa scripta sunt vt dicitur in fine huius evangelij. c Rñderunt ergo) hic ponit sue resurrectionis prenunciatio: quia occasione huius facti petierunt ab eo signū ipsi iudei dicentes.
d Quod signū ostendis nobis q̄ hec facis) Quāis enim factum esset bonum de se. tamē non ptinebat ad quemlibet hoc facere: sed solum ad eū qui haberet auctoritatē corrigēdi excessus sacerdotū: qd̄ non conveniebat alicui de cōi populo: cū sacerdotēs essent in illo populo superiores: sed prophetis missis ad hoc specialiter a deo: ⁊ ideo petierūt signum missionis sue: ⁊ ipse dedit eis signum potestatis divine in suscitatione sui corporis ꝓpria virtute. ⁊ hoc est qd̄ dicitur.

Recordati v̄o sunt discipuli ei⁹ q̄ scriptū est: [a] zelus dom⁹ tue comedit me [b] rñderūt ḡ [c] iudei ⁊ dixerūt ei: qd̄ signū ostēdis nobis q̄ hec facis [d]? Rñdit iesus ⁊ dixit eis Solvite tēplū hoc [e]: ⁊ i tribus dieb⁹ excitabo illd̄ [f] Dixerunt ḡ [g] iudei.

e Rñdit iesus ⁊ dixit eis: solvite templū hoc) Nō est verbū inductivū ad hoc faciendū cuȝ fuerit simpliciter malum ex parte iudeorum: ad malū autem xp̄s non poterat inducere: sed ē verbū denunciativum eius q̄ erat per ipsos fiendū: quasi dicat (solvite templum hoc) i. solvetis quia in passione christi anima fuit soluta a corpore: ⁊ sanguis a carne: ⁊ continuitas membrorum in cōfixione clavorum ⁊ lancee. f Et in tribus diebus excitabo illud) nō dicit post tres dies: q̄ christus non fuit mortuus tribus dieb⁹ complete. g Dixerunt ergo) hic ponitur sue prenunciationis interpretatio: ⁊ dividitur in duo: quia primo ponitur interpretatio iudeorum falsa: secundo interpretatio evangeliste vera: ibi Jlle aūt. Circa primū sciendum q̄ iudei petierunt a xp̄o signū non ad credendum ⁊ venerandum: sed magis ad deridendum ⁊ īpugnandum quod patet ex hoc q̄ statiȝ impugnaverunt dictum suuȝ: ⁊ ideo nō fuerunt digni vt prediceret eis resurrectioneȝ corporis sui manifeste sed occulte: vocans corpus suum templuȝ: ⁊ ideo voluerunt arguere dictum suum per materiale templum: ⁊ hoc est qd̄ dicitur.
g Dixerunt ergo iudei: quadragita sex annis edificatuȝ est templū hoc ⁊c̄. Hoc dicūt deridendo quasi esset ei impossibile multo plus derisissent si resurrectionē corporis sui p̄dixisset manifeste: q̄ difficilius est resuscitare mortuū q̄ edificare tale templum. Sciendū etiā q̄ nō loquūtur hic de templo facto p Salomonē: q̄ illud fuit edificatū in septem annis vt hr̄ iij. Regū. vj. ca. ⁊ preterea q̄ fuit p Na-

quadraginta ⁊ sex annis edificatum ē templuz hoc ⁊ tu in tribus diebus excitabis illud. Ille aūt dicebat[a] de templo corpis sui. Cuz ergo resurrexisset a mortuis[b] recordati sunt discipuli eius: quia hoc dicebat de corpore suo ⁊ crediderunt scripture[c] ⁊ sermoni quē dixit te-sus[d] Cum aūt esset[e] hierosolymis in pascha i die festo: multi crediderūt i nomine eius[f]. vidētes signa ei⁹ q̄ faciebat[g]:

buchodonosor destructum.iiij. Regum vltimo ca.sz loquunt de tēplo reedificato post captiuitatē babilonicā. A primo .n.anno Ciri regis persarū in quo data ē pplo licētia redeūdi ⁊ tēplū readificādi vsq3ad sextū annuz Darij: sub quo cōsumatum est templum illud: fluxerūt quadraginta sex anni: quia iudei impediebantur a nationibus in circuitu eorū existētibus in edificatione tēpli: iste numerus patet p hoc qr Cirus regnauit. xxx.ānis. Cambises filius eius post eum .x. qr non cōputatur tp̄s quo regnauit eum p̄re: post eū regnauerunt successiue duo magi: sed tp̄s eorū dimittitur qr regnauerūt tantū septē mensib⁹: qbus successit Darius i cui⁹ sexto anno cōsumatū est tēpli opus: ⁊ iō de isto tēplo loquebant qr illud stabat in eorū p̄ntia: ⁊ illd ondebat: vt p3 i lra Dec aūt .xlvi. annorū acceptio accipit s̄m expositores latinos ⁊ grecos: s̄m hebreos opt3 aliter accipe sicut dixi in p̄ncipio libri Esdre ⁊ .ix. ca. danielis: s̄ de verificatiōe huius dicti xlvi. annis edificatū est tēpluz h. non est multum curādū: qr nō est verbū xp̄i nec euāgeliste nisi tm̄ referēdo: sed ē verbum iudeorū deridēdo xp̄m vt dcm̄ ē contra quē multa falsa dixerunt: vt infra refert euāgelista. a Ille aūt) Dic ponit interpretatio vera: qr loquebat de corpore suo noīe tēpli: q: hūanitas christi erat spirituale habitaculuz ipsius dei: ⁊ hoc ē qd dicit euāgelista (Ille aūt dicebat de tēplo corporis sui) Danc aūt interpretationē nō cognouerūt tūc ap̄li: qd p3 ex hoc q̄ postea Petrus audiens ab eo eius passionē futurā voluit eā ipedire. Mart. xvi. ca. sed post resurrectionē xp̄i hanc interpretationē intellexerūt qñ aperuit illis sensum vt itelligerēt scripturas Luce vlti. ca. ⁊ hoc ē qd dicitur. b Cū ergo resurrexisset a mortuis recordati sūt ⁊c). s. intelligēdo de corpe suo. c Et crediderūt scripture) sc3 p̄phetaruz loquencium d xp̄i resurrectione futura tertia die. Osee. vi ca. Uiuificabit nos post duos dies ⁊ in die tertia suscitabit nos hoc dixit p̄pheta qr resurrectō christi fuit cā resurrectionis nostre. Et Joan secūdo dicitur: qr Jonas fuit tribus diebus ⁊ tribus noctibus in ventre ceti in figura ipsius christi. d Et sermoni quem dixit iesus) quia tunc perceperunt impletionem verbi illius. e Cum autem esset) Dic vltimo ponitur fructus d nunciationis ⁊ predicationis christi: qr christus existens hierosolymis in festo paschali populum docuit ⁊ multa miracula fecit ad confirmationem sue doctrine: ex quibus multi fuerunt moti ad credendum: ⁊ hoc est quod dicitur.

e Cum autem esset hierosolimis in pascha in die festo) non accipitur hic dies pro vna die naturali: vel artificiali tantum: sed pro toto tēpore solēnitatis pasche que durabat per septem dies continuos. f Multi crediderunt in nomine eius) credentes q̄ ipse esset vere christus. g Uidentes signa eius que faciebat) Sicut enim sufficienter ostenditur veritas subiacens facultati naturali intellectus qñ reducitur ad prima principia per se nota: ita veritas excedēs facultatē intellectus qualis erat ista qñ cōfirmatur per opera diuina: qr certū ē q̄ deus nō pōt esse testis falsitatis: ⁊ iō qñ ad confirmationē alicuius doctrine in

ducitur opus diuinum. sufficienter ostenditur q͂ dictum est in illa esse verum. Verumtamen quia in illis credētibus aliqui erant adhuc imperfecti: & aliqui iungebantur ei: qui erant tantummodo ficti: ideo xp̄s adhuc non reuelabat eis altiora mysteria catholice fidei: q̄ ficti indigni erant audire: & imperfecti adhuc non poterāt capere: propter quod etiam ipsis apostolis dixit iesus Joānis.xvi. cap. Multa habeo vobis dicere sed nō potestis portare mō: & hoc est quod dicitur.

Ipse autez iesus nō credebat semetipm eis[a]: eo quod ipse nosset omnes[b]: & quia opus ei non erat[c] vt quis testimoniuz perhiberet

a Ipse aūt iesus non credebat semetipsum eis) altiora mysteria. s. fidei reuelando: & subditur cā. b Eo q͂ ipse nosset omnes) scꝫ istoꝝ imperfectionem & illorū fictionem. Modus per quez cognoscebat hic ostenditur. c Et quia opus ei non erat) idest necesse. d Ut quis testimoniū perhiberet de homine) idest vt mentem & statum cuiuslibet hominis cognosceret per informationem alterius: q̄ hoc sciebat perfecte per semetipsum: propter hoc sequit. e Ipse enim sciebat quid eēt in homine). i. in mente & statu cuiuslibet hominis. Et ex hoc euangelista ondit' ipsuz esse deum cuius propriū est scire secreta cordium.

Expositio moralis.

Et prope erat pascha iudeorum &c.) sequitur (& inuenit in templo vendentes oues &c.) p oues intelliguntur hypocrite q̄ mentē lupinā habēt sub ouina pelle: per boues qui sunt laboriosi significantur illi qui magnos labores sustinent pro principibus & prelatis vt p hoc promoueantur in ecclesia: licet insufficiētes sint & indigni. Per vendentes colūbas: simoniace promoti: omnes istos eiecit de templo christus. Significans q͂ sūt exclusi de templo glorie sancto dei (Soluite templum hoc &c.) q͂ intelligit litteraliter de solutione corporis xp̄i per mortem: vt dicitur in littera: per quod significatum fuit: q͂ iudei post ascensionē xp̄i conarentur soluere corpus eius mysticuz: sꝫ in tribus diebus fuit suscitatuz: per quos dies significantur doctrine miracula: & exēpla vite i apostolis aliisq̄ꝫ discipulis per hec ecclesiam illuminantibus: sicut sol & luna (Ipse aūt iesus non credebat semetipsuz eis) idest non reuelebat altiora mysteria eis secundum sensum litteralem quia aliqui erāt imperfecti non potentes ea capere ea: & aliqui ficti querentes ea deridere: & in hoc instruit predicatores euangelij: vt non predicent simplicibus alta: sed crassa & capibilia quia sunt nutriendi lacte & non solido cibo: nec fictis fidei secreta mysteria ne derideant ipsa propter qd dicit saluator Matthe.vij. capi. Nolite sanctuz dare canibus neqꝫ mittatis margaritas ante porcos: ne forte conculcēt eas pedibus suis.

d hoie[d]. Ipse.n.sciebat qd eēt i hoie.

Feria.iij. post quartam dominicaz .xl. Euangelium secundū Joānē.vij.capi.

¶ Questio fratris Antonij Betontini zelus domus tue comedit me. Joānis primo capitu. Super quibus verbis queritur. ¶ Utrum homo quandoqꝫ possit turbari & irasci sine peccato. Ad quod breuiter dicitur ex sententia durandi. Astexani & Alexandri de ales in secūdo volumine: q͂ triplici modo hominem irasci siue turbari quandoqꝫ contingit Uno modo ratione nature sicut plerisqꝫ sepius euenire solet: qui propter inclinationem nature ad passionem irascibilitatis subito conturbantur. Hec quidē ira si vltra primos motus procedere nō cognoscitur: nullius culpe a doctoribus extimatur. Nam philosopho teste. primi motus non sunt in potestate nr̄a. Alio

modo rōne vindicte offensionis quāne q̄ illis euenire cōtingit: q ꝓpter aliquam offensionē humanā ꝓpriam vel alienam se vindicari ex indignatione appetunt: cum ex iniuria accēso sanguine circa cor irascuntur ⁊ conturbant. Et hi quidez si vindicta leni vindicari se vellent venialiter tantūmodo peccarent. Unñ glo. sup illud psal. Irascimini ⁊ nolite peccare: dicit. Uenialis est ira que non perducit ad effectū. i. ad grane proximi nocumentum. Ultimo modo hominem irasci ⁊ conturbari contingit rōne vindicte offensionis diuine: sicut iratus est Moyses contra ydolatras: vt Exo. xxxij. cap. legitur. Et helias cōtra sacerdotes. Baal. vt in tertio volumine. Regū. xviij. cap. scribit. Et hec ira que ꝓprie vocat ira per zelū cum virtus sit nō prohibetur: si rationis ordine procedere recognoscatur. s. vt nemo ad vindictam procedat: nisi sit talis q̄ iniuriam dei vindicare ex officio sibi cōtingat. Nā. xxxiij. q. ij. In hoc cap. fine dicitur. Pena nulli inferenda est: nisi per iudicem. In duob⁹ primis locis ira ex impatientia cognoscitur procedere. In vltimo ex zelo ⁊ diuine charitatis amore. Unde Grego. in quinto lib. taliter inquit. Alia est ira quā impatientia excitat. Alia quaz zelus format. Illa ex vicio: hec ex virtute generatur. Illa per vicium oculos mentis excecat: Ista per zelum turbat: Inde autem mens turbatur ne videat: Inde proficit vt ad videndum verius clarescat: sicut infirmanti oculo cum colirium immittitur lux primitus negatur. Sed inde eam post paululum veraciter respicit: vnde hanc ad tempus salubriter amittit. Hāc igitur iram per zelum christus dominus noster habuit hodie: quādo facto flagello de funiculis: emētes ⁊ vendētes eiecit

In illo tempore. Jam die festo[a] mediante: Ascendit Jesus in templum: ⁊ docebat[b]. Et mirabantur iudei[c] dicentes. Quomodo hic litteras scit: cum non didicerit?

de templo: cum de eo scriptum esset. zelus domus tue comedit me.

Expositio litteralis.

In hac lectione euangelista agit de origine christi doctrine manifestando eam quare sicut predictum est: pater debet filijs nutrimentuz ⁊ documentum. Primo igit de manifesta origie doctrine christi ponitur occasio. Secundo de origine doctrine christi sua naturalis manifestatio. Secunda ibi. Respondit eis Jesus: mea doctrina ⁊c. Circa ꝑmum est sciendum q̄ locus aptus ad predictam manifestationem erat ciuitas hierosolymitana: vbi ad diem festum veniebat populus: ⁊ ideo ad manifestationem talem ascendit hierusalem.

a Jam die festo) Hic ponitur occasio manifestatiōis que est admiratio turbe in doctrina christi. Et ideo debet ostēdere vnde originaretur excellētia sue doctrine: ⁊ hoc est quod dicitur.

firmi ⁊ imperfecti. h Dixerat aũt iesus de morte eius) eã exprimens p dormitionẽ rõne p̃dicta. i Illi ãt putauerunt qz de dormitione somni diceret) Sed videt mirabile q̃ intellexissent christũ velle ire tã longã viã ad excitandũ hoiez de somno. Dicendũ q̃ adhuc rudes erant ⁊ intimore positi: vt patet ex p̃dictis: ⁊ iõ male capiebant verba xpi. Uel dicẽdũ q̃ xps consueuerat eis pabolice loq: ⁊ iõ nesciebãt qd p excitationez a somno intelligerẽt suspicãtes neforte pabolice loqretur. k Tũc ergo) Hic ꝯñter exprimit mortẽ lazari manifeste dicens.
l Lazarus mortuus ẽ ⁊ gaudeo) non ẽ de eius morte absolute sz. m Propter vos (vt vidẽtes eius resuscitationez i fide cõfirmemini: vel sic ⁊ gaudeo. s. qz nõ erã ibi: nõ pp me sed pp vos: qz ex p̃ntia mea mors eius fuisset impedita: cum mors hr̃e locũ nõ debeat vbi ẽ vita: ⁊ p ꝯñs eius resuscitatio non eẽt. que tamen est vtilis vobis. n Dixit ergo thomas q dicitur didimus). i. dubius.
o Ad cõdiscipulos suos: eamus ⁊ nos moriamur cũ eo) iste erat magis timidus q̃ alij: quasi dicat. exponamꝰ nos periculo: vel ẽm alios dicebatꝰ hoc ex magna dilectiõe: quasi dicat melius est nobis cum illo mori q̃ sine illo viuere.
p Uenit itaqz iesus) Hic consequenter agit de aduentu xpi ad lazarũ: et diuidit in duas: qz primo agitur de eius puentiõe. scdo de eius susceptione: ibi. Martha ergo. In prima ergo parte dicit sic.
p Uenit iesus: et inuenit eum quattuor

dies ꝛc̄) quatuor dicit ad certitudinem mortis: quia licet sint alique infirmitates latétes quibus aliquis videtur mortuus ad tépus: hoc tamé non durat p quatuor dies: dicit etiam (in monuméto).s.in terra reclusus qꝛ dato ꝙ fuisset ibi positus viu⁹ nihilominus fuisset in táto tpe mortuus:
a Erat autem ꝛc. quasi stadijs qndecim) q̄ valent leuchaz excepto vno stadio.
b Multi aũt ex iudeis venerant vt cósolarentur eas ꝺ fre suo) tum qꝛ erant nobiles dñe: tũ qꝛ locus erat satis ppe vt pꝫ ex dictis.
c Martha ergo). hic agitur de christi susceptione: ꝛ primo quo ad martham. Secũdo quo ad mariá. ibi. ꝛ cum hec dixisset. Prima in duas: qꝛ primo xp̄us a martha deuote suscipitur. Secũdo fratris suscitatio ei pmittitur. ibi. Dixit illis iesus. In prima parte dicitur sic.
c Martha ergo vt audiuit quia venit iesus) ipsa eni habebat curam domus ꝛ ideo primo aduétus xp̄i ei núciatus est p aliqué qui aduétũ xp̄i preuenerat.
d Ocurrit illi) reuerenter ꝛ deuote.
e Maria aũt domi sedebat) cum iudeis qui venerant ad eas.
f Dixit ergo martha ad iesum. Dñe si fuisses hic ꝛc̄). ex quo apparet ꝙ credebat ipm posse pseruare fratrem suum a morte: tamen imperfecte credebat qꝛ videtur innuere ꝙ non potest christus tantum absens quantum presens.

ꝛ iuenit eum q̄tuor dies iá i monuméto hñté. erat át [a] bethania iuxta hierosolimá q̄si stadijs qndecim. Multi át ex iudeis venerát ad martá ꝛ mariá vt cósolarentur eas de fratre suo [b]. martha ergo [c] vt audiuit qꝛ ies⁹ venit occurrit illi [d]. maria át domi sedebat [e] Dixit ergo martha ad iesũ. dñe si fuisses hic [f] frater me⁹ nó fuisset mortu⁹. sꝫ ꝛ nũc scio qꝛ q̄cũqꝫ poposceris [g] a deo dabit tibi de⁹ dixit ei iesus [h] Resurget frater tuus [i]. dicit ei martha [k] Scio qꝛ resurget in resurrectóe i nouissimo die. dixit ei ies⁹ [l] ego sũ resurrectio [m] ꝛ vita [n]: q credit in me [o] etiá si mortuus fuerit [p] viuet [q]. ꝛ ois qui viuit ꝛ credit in me [r] nó morietur in eternũ [s]. credis hoc [t]

g Sed ꝛ nũc scio qꝛ quecunqꝫ poposceris) videt p hoc nó fuisse edocta plene de eius deitate: qꝛ nó dixisset quecũqꝫ poposceris: sed dixisset q̄cunqꝫ iusseris fiet.
h dixit illi Jesus). hic suscitatio fratris sui ei pmittit cum dicitur.
i Resurget frater tuus) sed illa intellexit hoc de resurrectióe futura. ideo subditur.
k Dicit ei Martha. Scio qꝛ resurget ꝛc. ex quo patꝫ ꝙ erat de secta phariseoꝝ q̄tum ad hoc ꝙ cófitet resurrectionez futurá nó de secta saduceorum qui hoc negant.
l Dicit ei iesus) explicás intentioné suam de resurrectione fratris sui propinqua.
m Ego sum resurrectio ꝛ vita).s. causaliter. Tum quia resurreccio xp̄i est causa nostre resurrectionis. Tum qꝛ resurrectio generalis futura fiet virtute xp̄i vocantis mortuos ad iudicium.
n Et vita per essentiá ppter qđ sũ cá vite oibus viuétibus ꝛ possuꝫ dare vitá mortuis: qꝛ qđ est tale p essentiá est causa oium alioꝝ que sunt p participationez: vt habetur secundo metha.
o Qui credit in me) sicut pdestinatus.
p Etiam si mortuus fuerit) per lapsuz in peccatum mortale.
q Uiuet) finaliter vite gratie.
r Et ois q viuit ꝛ credit i me fide forata
s Non morietur in eternum).i. morte eterna. licet moriatur morte temporali ad soluendum debitum nature.
t Credis hoc) nó petit hoc q̄si ignorás.

Ait illi vtiq3 dn̄e[a]. Ego credidi[b] q2 tu es xp̄s fili⁹ dei viui[c] q in hūc mūdū venisti[d] Et cū h̄ dixisset[e] abijt ꝛ vocauit mariā sororē suā[f] scilētio dicēs[g]. magister adest ꝛ vocat te[h]. Illa āt vt audiuit surrexit cito[i] ꝛ venit ad eū. Nōdū eni venerat iesus in castellū[k] sed erat adhuc in loco vbi occurrerat ei martha Iudei ergo[l] q erāt cū ea in domo ꝛ cōsolabant eā cu3 vidissent maria3 q2 cito surrexit ꝛ exijt secuti sūt eā dicētes q2 vadit ad monumētū vt ploret ibi[m] maria. ergo cū venisset vbi iesus erat[n]. vidēs eū cecidit ad pedes eius: ꝛ dixit ei[o] Dn̄e si fuisses h̄ nō eēt mortuus frater meus. Iesus ergo[p] vt vidit eam plorantē ꝛ iudeos q venerant cu3 ea plorātes infremuit spiritu[q].

sed querens eius confessionem ad meritum quia ore fit confessio ad salutem: vt habetur Roma.x.cap.

a Ait illi vtiq3 domine) quia per christi verba erat instructa in fide plenius q̄ añ qđ p3 ex ei⁹ sequēti cōfessione in q̄ primo exprimitur xp̄i dignitas sacerdotalis ꝛ regia cū dicit.

b Ego credidi: quia tu es xp̄s). i. vnctus: vnctio aūt debebat regibus ꝛ sacerdotibus. Secūdo xp̄i diuinitas cū dicitur.

c Fili⁹ dei) .s. naturalis. Tertio incarnatiōis veritas cū sb̄dit.

d Qui in hūc mūdu3 venisti) nō p loci mutationē: l3 p carnis assumptionē

e Et cū hec dixisset) h̄ agit de susceptiōe xp̄i quo ad mariam: quia martha a christo edocta statim.

f Abijt ꝛ vocauit mariā sororē suā) vt audiret bonos rumores quos ip̄a a christo audierat.

g Silētio). pp iudeos p̄n̄tes quoꝝ aliq cōtra xp̄m machinabant dicens.

h Magr̄ adest ꝛ vocat te) lic3 nō sit supra expressū q xp̄s vocaret mariā: tamē hoc est credēdū q2 nō est pbabile q martha in hoc mētiret. S3 ppter breuitate3 euāgelista illud omisit: q2 sufficit ex verbo marthe hoc exprimere.

i Illa aūt vt audiuit surrexit cito ꝛ venit ad eum ex magna deuotione.

k Nōdū.n. venerat iesus in castellum) ostendēs q ad miracula faciēda nō se ingerebat: ꝛ vt ex aduentu iudeorum cum maria ad ipsum magis celebre ꝛ notorium esset miraculum.

l Iudei ergo) p3 l̄ra vsq3 ibi dicētes.

m Quia vadit ad monumētū vt ploret ibi) credebāt.n. ea3 esse subito motā ex cōpassione fratris sui: quia nō audierāt v̄bū marthe vt dcm̄ est.

n Maria ꝛc̄). cecidit ad pedes ei⁹ q n̄ fecerat martha. Ex quo pat3 q maria magis amabat iesum ꝛ reuerebatur.

o Et dixit ei dn̄e si fuisses hic ꝛc̄. exponitur sicut supra.

p Jesus ergo). Hic cōsequēter agitur de lazari suscitatōe: ꝛ diuiditur in duas: q2 primo ponitur suscitationis actus. Secundo sequens effect⁹ ibi. multi ergo ex iudeis. Prima in tres: q2 primo describitur affectio xp̄i ad lazarum. Secūdo sequēs inde murmuratio iudeoꝝ ibi. dixerūt ergo. Tertio christus suscitat mortuū. ibi. iesus ergo rursum. Affectio xp̄i ad lazarum ostendit: primo ex signo cum dicitur.

p Ies⁹ ergo vt vidit eā plorātē ꝛ iudeos q venerāt cū ea plorātes) ex morte amici

q Infremuit spiritu ꝛ turbauit seip̄m) fremitus cōsurgit ex indignatōe. iste.n. xp̄i fremitus pcedebat ex indignatōe ei⁹ cōtra diabolū: p cui⁹ suggestione3 mors intrauit in mundū: quē erat cito debellatur⁹: turbatio āt illa pcedebat ex cōpassione lazari ꝛ sororum eius. Sciendum

⁊ turbauit seipsum ⁊ dixit. Ubi posuistis eum? Dicunt ei Domine veni ⁊ vide. ⁊ lachrymatus est iesus[a]. Dixerunt ergo iudei[b]. Ecce quomodo amabat eū[c]. Quidā aūt ex ipsis dixerūt. Non poterat hic q̄ apuit oculos ceci nati facere[d] vt hic non moreret? Jesus ergo[e]: rursum fremēs i semetipo venit ad monumētū[f]. Erat aūt spelūca[g] ⁊ lapis supositis ei. Ait ihs[h]. Tollite lapidem[i].

tū ꝙ iste passiones ⁊ p̄sites non erant in xp̄o viciose. sed magis v̄tuose: quia non erant p̄uenientes iudiciū rōnis: sed magis sequētes: ⁊ per ipsum excitate: sicut dicit phs. iij. ethy. ꝙ passio ire excitata per virtutez fortitudinis adiuuat ad actuz eius fortius exequēdum. Scdo ondit affectio xp̄i ex v̄bo cū dicit: vbi posuistis eū ⁊c. Tertio ex facto cuz subditur. a Et lachrimatus est iesus) ex pietate videns locum sepulture: p hoc ēt ostēdit v̄itatē humane nature paris. n. ꝑiculi est discredere verā humanitatē in xp̄o sicut ⁊ deitatē. Et iō vbi xp̄s ondit suā deitatē: adiūgebat aliq̄ ad declarandū suā humanitatē ⁊ ecōuerso: ⁊ hoc p3 in eius natiuitate qn̄ iacens in p̄sepio vt homo infirmus: stellā fecit radiare in celo vt deus. Similiter in passione quando ipso moriente ex natura passibili sol obscuratus est inuisibili virtute dei: ⁊ hic similiter in suscitatione Lazari quadriduani quod erat maxime virtutis turbatus est ⁊ fleuit ad declarandū veritatē humanitatis. b Dixerunt) Hic ex affectu xp̄i ostenditur sequēs murmuratio. Judei eni viderūt xp̄m tristari: ⁊ per consequēs arguebāt ꝙ mors illa contra voluntatē xp̄i simplr accidisset. Quia tristitia est d̄ his q̄ nobis nolētibus acciderūt vt dicit Augustinus. xiiij. de ciuitate dei: ⁊ per consequēs concludebant ꝙ non potuisset preseruasse lazaruz a morte: ⁊ hoc est quod dicitur. c Dixerunt ergo iudei: ecce quomodo amabat eum) q2 videbant euidēs signū innuētes p hoc ꝙ libenter si posset preseruasset eum a morte: ⁊ ex hoc vlterius miraculum de

ceco nato illuminato volebant anihilare: ⁊ in alium retorquere dicētes. c Nō poterat hic qui aperuit oculos ceci nati facere vt hic non moreretur). quasi dicant: ex quo non potest hoc nec illud potuit: nec fecit. Isti non expectabant sufficienter: sed indicabant ante tempus: q2 christ⁹ plus fecit. plus. n. est mortuuz suscitare: ꝙ̄ morte infirmantis ipedire. d Jesus ergo) hic cōsequēter ponit lazari suscitatio: ⁊ ponunt h̄ q̄nq3 p ordinē faciētia ad miraculi certitudinē ⁊ magnificētiā: q̄ ptes patebūt ꝓseq̄ndo. Primū est descriptio sepulchri qd̄ erat spelūca cauata in rupe magna ⁊ profunda: ita ꝙ poterant poni plura ibi corpora. s. corpora eorum qui fuerunt einsdē parentele. Unde frequenter dicitur in libro Regum. Sepultus est in sepulchro patrum suoruz. Sic gitur erat factum sepulchrum lazari: ⁊ desuper grandi lapide claudebat: ex quo patet vera mors lazari: quia si fuisset ibi positus viuus ⁊ sanus infra quadriduū fuisset mortuus ex loci corruptiōe: ⁊ hoc est quod dicitur. e Jesus ergo rursum fremēs in semetipso) indignat⁹ contra malitiā iudeoꝝ de factis suis iniq̄ murmurantiū: ⁊ talis indignatio est virtuosa: q2 sicut ad virtuosum pertinet applaudere bono: ita ex opposito ⁊ indignari contra malum. f Uenit ad monumētum) d̄r enim sepultura monumētū quasi monēs mētē q̄si monet viuētes vt p̄cogitēt mortē. g Erat. n. spelūca ⁊c.) mō p̄dicto facta. h Ait ihs) hic ponit scdm̄. s. lapidis amotio: cuz dic̄. i Tollite lapidē ⁊c) Dn̄e iam fetet)

Dicit ei martha soror eius qui mortuus fuerat. Domine iaz fetet: quadriduanus eni e. Dicit ei iesus[a] Nóne dixi tibi quoniam si credideris videbis gloriaz dei[b]. Tulerunt ergo lapidé[c] Jesus auté[d] eleuatis sursum oculis dixit. Pr gratias ago tibi[e] quoniá audisti me[f]. Ego auté sciebam quia semp me audis[g]. Sz propter populuz qui circústat dixi[h]: vt credant: qr tu me misisti. Hec cuz dixissz: voce magna clamauit[i]. Lazare ueni foras. Et statim[k] prodijt qui fuerat mortuus: ligatus manus & pedes institis & facies illius sudario erat ligata[l]. Dixit eis ihs[m] Soluite eú & sinite abire[n]. Multi er

quasi dicat: lz aliqñ suscitati sint mortui recéter: tñ qr iam qdriduanus ex fetore solutus resuscitet nó est sic auditú: & hoc verbú videt pcessisse ex admiratóe marthe & eius ignorátia: qr eiusdem virtutis est suscitare mortuú vtroqz mó. iõ sequitur.
a Dicit ei iesus) corrigendo eius dictum.
b Nóne dixi tibi: quoniaz si credideris videbis gliaz dei) .i. gliosam eius virtuté in suscitatiõe fratris tui.
c Tulerút ergo lapidé. ad pceptum christi.
d Jesus autem) hic ponitur tertiuz .s. xpi oratio in lazari suscitatione qd fac ad declarationé miraculi: qr iudei xpo iponebát qd faciebat miracula vtute demonis: qd ostédit falsum: p hoc qd faciédo orat deuz: & hoc est qd di. e Jesus aút eleuatis sursum oculis) vt ostéderet nobis formá orádi q est p eleuationé métis in deú. f Dixit: pater gratias tibi ago &c.) Deus aút pater celestis magnificétissimus est: & iõ ex gratiax actione de pteritis ad pstáda búficia seqntia puocatur: h.n. est ppriú magnifici. vt habet .iiij Ethi. g Ego sciebá &c.) in his.n. que xps absolute volebat deliberatiua volútate cóformabat diuine voluntati: & sic exaudiebat. Sciédú tñ qr orare patré cóuenit xpo róne humanitatis in qua é minor patre: nó aút róne diuinitatis in qua est ei equalis. h Sed pter populum q circúst at &c.) Multi eni ex iudeis dicebant qr in beelzebub faciebat signa: qd remouet cóformádo voluntaté suá cum

voluntate diuina. i Hec cú dixisset) hic ponit quartú .s. lazari vocatio: cum dicit. i Hec cum dixissz voce magna clamauit: Lazare veni foras). hoc fecit ad dclarationem miraculi qr si dixisset in silentio: possent dicere aduersarij qr vba magica dixisset vel interposuisset. p hoc etiá tollit error eorú qui dicebát animas defunctorú latitare in sepulchris: & ideo clamauit iesus voce magna in suscitatióe lazari quasi animá reuocás a lóginquo i. ab inferno: vt ad corpus rediret.
k Et statim) Hic ponitur quintú scilz lazari suscitatio cum dicitur.
k Et statiz prodijt qui fuerat mortuus). Quia virtus diuina operatur in instanti. l Ligatus manus & pedes institis & facies eius sudario erat ligata). Hic declaratur virtus diuina nó solum suscitando mortuum: sed etiaz faciens exire ligatum: per hoc etiam apparet certitudo miraculi inquantum exiuit lazarus eo mó q fuerat in sepulchro positus. m Dixit eis iesus: soluite eú) hoc precepit alijs licet posset facere per seipm vt accedentes de prope & tangentes ex visu & tactu essent testes miraculi efficaciores sic supra dcm é de amotióe lapidis n Et sinite abire) vt ostendatur vere suscitatus & non fantastice per opera vite cuiusmodi est ambulatio & comestio & consimilia. ideo dicitur in sequenti ca. qr lazarus erat vnus de discumbentibus.
o Multi ergo) hic ponit suscitationis

effectus: ex hoc ꝙ viso predicto miraculo multi eoꝝ crediderunt xp̄o: nec miruȝ q̄ illud signum fuit diuine virtutis manifeste ostensiuum: que non potest adesse ad testificandum aliquod falsuȝ: ⁊ hoc ē quod dicit.

Multi ergo ex iudeis cetera patent.

Expositio moralis.

Erat q̄dam languens) per hunc Lazaꝝ languentem potest significari q̄libet patiens grauem temptationeȝ: per eius sorores significantur persone pro eius alleuiatione deuote xp̄m deprecantes: que non semper exaudiuntur sed talis patiens aliquādo per actū peccati mortalis mori permittit ab eo qui est tante bonitatis ⁊ potentie ꝙ scit ⁊ potest bona d̄ malis elicere. Per Jesum aūt qui salus interpretat̄ predicator vel confessor salutem animaꝝ sitiēs significatur: qui peccatorē non solū mortuū reperit p̄ culpā: sed etiā aliquā fetenteȝ per infamiā ⁊ sepultū sub lapide p̄ obstinationē: ⁊ t̄ñ deo principaliter operāte sic p̄ bonā intentionē reducit eum ad vitam gratie: q̄d nō solum tollitur obstinatio ⁊ mors culpe: sed etiaȝ infamie fetor ⁊ suauis odor redditur bone fame.

Questio fratris Antonij Betontini. Fetet quadriduanus est Joānis. xj. cap̄.

Ex quibus verbis a doctoribus ⁊ patribus queritur. Quod istorum duoruȝ peccatoꝝ grauius esse decernitur: homicidium an blasphemia. Et profecto sicut testimonijs fide dignis approbatur: multo grauius multoq̄ horribilius ipso homicidio peccatum blasphemie retinetur. Unde sanctus Thomas secunda secunde. q. iiij. super hoc talē rationē assignat. Illud peccatum in se grauius atq̄ horribilius est: quod directe deum offendit ⁊ preponderat eo ꝙ non directe in deuȝ sed in proximum nocumentum ⁊ offensionem intendit: cum autē blasphemia ostendat proprie deum ⁊ homicidiū proximum: sequitur valde bene ꝙ blasphemia sit grauior ⁊ horribilior q̄ ipsuȝ homicidium.

go ex iudeis qui venerant ad mariam ⁊ martham: ⁊ viderāt que fecit iesus crediderunt in eum.

Sabbato post q̄rtam dominicaȝ quadragesime.

Euangelium scd̄m Johannē. viij. cap̄.

In illo tē. Dicebat ih̄s turbis iudeorū Ego sū lux mundi[a]

Alex. quoq̄ doctor irrefragabilis i suo secundo dicit. Peccatum blasphemie est cōtra preceptū prime tabule: peccatuȝ homicidij ē cōtra preceptū secūde tabule. Sed maius peccatum est ꝙ cōmittitur contra primam tabulam q̄ secundā: ergo maius peccatuȝ est blasphemia q̄ homicidiū. Alia ratio reddi pōt q̄ homicidium quandoq̄ licet: sicut iudici occidere delinquētem. Blasphemare aūt nunq̄ licet. Ultima ratio redditur q̄ salteȝ spiritus blasphemie est peccatum in spirituȝ sanctum: homicidiū vero non. His quatuor rationibus mota hec deuotissima femina martha ait ad iesuȝ fetet. s. sua horribili conditione blasphemans: quadriduanus est enim quia his quatuor rationibus peior est homicida.

Expositio litteralis.

Euangelista hic describit doctrinam ipsius xp̄i quantū ad virtutē illuminatiuaȝ: ⁊ diuidit̄ in duas: q̄ primo preponit intentum. Secundo probatur: ibi. Dixerunt ergo pharisei. Circa primū tria ponuntur: primum est ipsius xp̄i speciale priuilegium cum dicitur.

a Ego sum lux mundi) alij enim non sunt lux: s; ab hac luce illuminati vt dicetur postea. Nō t̄ñ sic est intelligēdū ꝙ xp̄s sit sol iste visibilis sicut intelligebat Manichei. Lux enim magis ꝓprie d̄r in spūalibus q̄ in corporalibus: q̄ lux habet rōneȝ manifestatiui q̄d ꝓprie h̄ȝ locū in cognitiōe itellectiua q̄ summū tenet gradū

Qui sequitur me[a] nō ambulat in tenebris[b] sed habebit lumen vite[c]. Dixerūt ergo ei pharisei[d]. Tu de teipso testimoniū phibes testimoniū tuuz nō ē verū[e]. R̄ndit ih̄s ꝛ dixit eis[f] Et si ego testimoniuz phibeo d̄ meipso veruz ē testimōiuz meū[g] qꝛ scio vn̄ veni ꝛ quo vado[h]. Vos āt nescitis vn̄ venio aut quo vado[i]. Vos s̄m carnem iudicatis[k] ego nō iudico quēq̄z[l]. ꝛ si ego iudico iudici-

ꝛ ideo ipse deus solus est lux per essentiā qꝛ ab ip̄o omnis noticia d̄riuatur. Scd̄o proponitur huius lucis beneficiū cuz dicitur. a Qui sequitur me) per fidem formatam. b Non ambulat in tenebris) ignorantie ꝛ culpe: ꝛ per consequens nō veniet ad tenebras gehēne que sunt termin⁹ predictarum tenebrarum propter hoc Matth. viij. ca. dicuntur tenebre exteriores. i. vltime: per xp̄m enim facta est veritas contra tenebras ignorātie: ꝛ gratia contra tenebras culpe: ꝛ gloria dabitur ab eo contra tenebras gehenne. Tertio proponitur huius lucis fructus cū dicit. c Sed habebit lumen vite) qꝛ per irradiationē huius lucis eleuabitur intellect⁹ ad videndū deuz clare: ꝛ per cōsequens affect⁹ ad fruendū ipsuz pfecte in qbus consistit vita eterna. d Dixerūt ergo) hic pbat ppositū: ꝛ diuidit in duas: qꝛ primo ponit iudeorum obiectio. Scd̄o xp̄i respōsio ex qua ostendit primū ppositum. ibi. respondit iesus. Obiectio aūt eoꝝ pcedit nō ex parte dicti qꝛ erat verissimū sed ex parte dicētis: ꝛ hoc est qd̄ dicit. d Dixerūt ergo pharisei) Tu de teipso testimoniuz perhibes. e Testimoniū tuū nō est veꝝ). i. habens firmitatē dato q̄ essz veꝝ in se: qꝛ nullus potest ferre testimoniū de seipso. f Respōdit iesus) hic ponit xp̄i responsio ꝛ excludit eoꝝ obiectionē dupliciter: primo ostendēdo q̄ cōsequētia nō tenet. Scd̄o q̄ antecedēs est falsuz: ibi. vos s̄m carnē Circa primū sciendū q̄ testimoniū habet firmitatē ꝛ veritatem ex certitudine cognitionis: ꝛ ideo homis testimonium de se nō est firmū: qꝛ ꝛ si se cognoscat tamē frequēter inordinate afficitur ad seipsuz

deus autē perfecte se ꝛ alios cognoscit: ꝛ nō pōt esse distortio in eius affectu ppter quod testimoniū dei de seipso firmuz est. Testimoniū aūt hominis de deo est inualidum propter defectuz cognitionis xp̄s aūt erat homo ꝛ de⁹ nec poterat eē defectus cognitionis vel inordinatio affectionis i diuina natura vel humana ppter quod eius testimoniuz de seip̄o erat firmum magis q̄ qd̄ cūq̄z aliud testimoniuz: et sic patet defectus cōsequentie: ꝛ hoc ē qd̄ dicitur. g Respondit iesus ꝛ dixit eis ꝛ si ego testimoniū perhibeo ꝛc). subdit causa idest. h Quia scio vnde veni aut quo vado) idest perfecte cognosco patrem a quo exiui in mundū ꝛ ad quez reuertar ꝛ sic patet probatio propositi. s. q̄ xp̄s sit lux per essentiam qꝛ verbum est a patre progrediens: sicut lux a luce. i Vos autem nescitis vnde venio aut quo vado) quia eis diuinitatem ignorabant. k Vos secundum carnem) hic ostendit xp̄s antecedens eoꝝ esse falsum ꝛ diuiditur in duas: quia primo ponitur xp̄i probatio. Scd̄o remouetur iudeoruz obiectio: ibi. dicebāt ergo. Antecedens eorū erat q̄ xp̄s esset solus qui de se testimoniū perhiberet: ꝛ hoc est falsum: quia filius dei non potest esse sine patre ꝛ spiritu sancto: qui cōcorditer dant testimonium cum eo: vt dicitur prime Joannis. v. capitulo. Tres sunt qui testimoniū dant in celo ꝛc. Tamen nō fit hic mētio nisi de patre: ꝛ hoc est quod dicit. k Vos secundū carnem iudicatis). s. me eē soluz hoiem. l Ego nō iudico quēq̄(. s. per exteriora sicut vos: qꝛ deus intuetur cor. m Et si ego iudico: iudiciū meuz veruz est). i. firmū. n Quia nō suz solus vt

um meũ verum est[m] quia solus nõ sum[n] sed ego ꝛ q misit me pater[a]. Et i lege vestra scriptum est[b] qꝛ duorum hoium testimonium verũ est[c] Ego sum qui testimoniuʒ perhibeo ð meipso[d]: ꝛ testimoniuʒ ꝑhibet de me q misit me pꝛ[e]. Dicebãt ergo ei. Ubi est pater tuꝰ[g]? Respondit iesus[h]: neqꝫ me scitis[i] neqꝫ patrem meum[k]. Si me sciretis[l]: forsitã ꝛ patreʒ meum sciretis. Hec v̄ba locutꝰ ē ie͞s i gazophilatio[m] docẽs i tẽplo. Et nemo apꝑhendit eũ: qꝛ nondũ venerat hora eiꝰ[n]

supponitis) qꝛ nõ potest esse solitudo in diuinis: cum vna persona sit in alia ꝛ ecõuerso: ideo subditur. a Sed ego ꝛ q misit me pater ꝛc) ex hoc arguit ad propositum dicẽs. b Et in lege vestra scriptũ est) Deutero.xix.ca. c Quia duorum hominuʒ testimonium veruʒ est) idest debet reputari verum quia quãuis duo homies possunt mentiri simul: tamẽ non contingit de facili. d Ego sum qui testimoniũ perhibeo de meipso) ecce vna persona. e Et testimoniuʒ perhibet de me qui misit me pater) ecce alia: argumentum est a minori. Si enim duorũ hominuʒ testimonium est firmũ qui habent cognitionem paruam: ꝛ possunt habere affectionẽ distortam: multo fortius testimonium patris ꝛ filij in diuinis: vbi non potest esse talis defectus debet firmũ reputari. f Dicebant ergo) hic remouetur iudeorum obiectio: audientes enĩ ꝙ allegabat patrem suum in testimoniũ statim obiecerunt. g Ubi est pater tuus) quasi dicant: non est talis ac tantus ꝙ in hoc sit ei credendum. Credebant enim eum esse hominem purum filiũ Joseph. Et ideo de ipso derisorie querebant. h Respondit iesus) obiectioneʒ excludendo. i Neqꝫ me scitis) ſm deitateʒ k Neqꝫ patrem meum per consequens quia cognito vno correlatiuoruʒ cognoscitur ꝛ reliquum: ideo subditur. l Si me sciretis) licet enim iudei haberent maiorem noticiam quam gentiles: secundum quod dicitur. ps.lxxv. Notus in iudea deus: tamen non cognoscebant eum quantum ad mysterium trinitatis: quia non erat adhuc plene reuelatum. m Hec verba loquutus est iesus in gazophilatio) idest in loco vbi ponebantur oblationes pro edificijs templi. Hoc autem addidit euangelista: ad osidenduʒ ꝙ iesus erat in loco vbi poterat faciliter capi ab eis: qui querebant eum occidere nisi fuissent repssi diuina virtute: ideo sequitur.) Et nemo apprehendit eum. n Quia nondum venerat hora eius. i. ab eo preordinata quia quãdo voluit captus est ꝛ nõ ante

Expositio moralis super euangelium istud non habetur.

Questio fratris Antonij Betontini. Tu de teipso testimoniũ perhibes testimonium tuum non est verum. Johannis. Capitulo. viij.

Super quibus verbis queritur. Contra qð legis preceptuʒ maliciã suam blasphemia dirigit. Ad quod irrefragabilis doctor Alexãder de ales in secundo suo volumine inquit. Peccatuʒ blasphemie contra illud prime tabule esse preceptuʒ. Non assumes nomen dei tui in vanuʒ: qð Exod.xx.capitulo denotatur. Profecto nomen dei in vanum assumere: est diuine maiestati derogare: aut sibi ꝛ seruis suis contumeliam inferendo: aut a se: aut a seruis suis debita ꝛ conuenientia denegãdo: quod proprie diffinitio blasphemie est. Propterea Ambrosius ait. Blasphemia est cum deo attribuitur quod ei non conuenit vel cuʒ ab eo remouetur quod ei conuenit: que duo simul pharisei fecerunt quando dixerunt. Tu de teipso testimonium perhibes: testimonium tuum

non est verum). Hic quidem primo de/
negant sibi ꝙ ex ratione ei conuenit:licz
eniz Codice de testibus lege omnibus:di/
catur:ꝙ in causa propria nemo potest eẽ
testis:ꝗtñ qꝛ Jhesus purꝰ homo non erat
⁊ sibimetipsi
vt homo te/
stimoniũ nõ
reddebat:ve
rum de se po
terat testimo
niuz perhibe/
re. Unde Au
gustinus ait.
Uerum est te
stimoniuz lu
cis:siue se oñ
dit siue aliud
Secũdo pha
risei blasphe
mantes chri
sto domino attribuunt qꝰ eius maiestati
non conuenit dicentes. Testimoniuz tu/
um non est verum:⁊ ꝓculdubio false di
cebant:immo forte mendaciter:quia be
ne fortasse sciebãt omnia fuisse in eo que
ad idoneum testimonium requiruntur.
Tria enim sunt que testis debet habere
secundum theologos: Primum in intel/
lectu veritas:quia sicut cecus non potest
de coloribus iudicare sic qui ignorat nõ
potest testimonium perhibere. Secundũ
in affectu bonitas: quoniã secundũ sapiẽ
tem in ethicis. Qualis est vnusquisqꝫ ta/
lia loquitur. Amantes inquit tempore ⁊
odientes non pariter iudicamus. Tertiũ
in affatu pluralitas:nam cõmuniter vni
testi secundũ iura non adhibetur fides si/
cut digestis de testibus:lege. vbi numerꝰ:
⁊.iiij.q.iij. Js item in criminali describit
Christus igitur qui erat summa veritas:
⁊ sapientia ipso dicente hodie: scio vnde
venio:⁊ summa bonitas ⁊ clemẽtia ipo
etiam addente. Ego non iudico queꝗ̃.
scilicet malo ⁊ falso iudicio : vt vos faci
tis: ⁊ summa potentia quia neqꝫ solus:
sed vna cum patre ipso etiã confirmante
qui ait. Ego solus non sum : sed ego ⁊
qui misit me pater. Uerum profecto te/
stimonium perhibet:licet omnia preter
illa reperirentur in eo:⁊ multo his plura
que a peritis in iure describuntur. Dicunt
enim isti ꝙ he conditiones requiruntur
in teste. Conditio sexus:etas:discretio:fa
ma. Et fortuna fides in testibus ista re/
quies.

Dñica de passione. Epistola Pauli ad hebreos.ix.ca.



Fratres Christꝰ assistẽsᵃ põtifex futurorũ bonorum:per amplius ⁊ perfectiꝰ tabernaculum nõ manu factum idest non huius creationis. Neqꝫ per saguinem hyrcorũ: aut vitulorũ:sed ꝑ propriũ sanguinem introiuit semel in sancta eterna redemptione iuẽta

Expositio literalis.

Hic apo/
stolus
ostẽdit de ta
bernaculo
moysi in quã
tum fuit figu
ra noue le/
gis: circa qđ
apłus duo
facit: qꝛ pri/
mo declarat
propositum:
secundo pro
bat quoddã suppositum:ibi. Si enim san
guis. Circa primuz quinqꝫ tangit:primo
dignitatem loci: quia illa pars taberna/
culi que figurabat nouum testamentum
vocabatur sanctum sanctorum. Secun/
do dignitatem ministri: quia solus sum/
mus pontifex illuc intrabat. Tertio mo
dum intrandi: quia cum sanguine intra
bat. Quarto tempus intrandi: qꝛ tantũ
semel in anno. Quinto ad quid intra/
bat.s.ad placãdũ sibi deũ ⁊ populo ⁊ ista
significãt ea que sunt in nouo testamẽto
qꝛ xp̃s est summus pontifex intrauit ce/
lum:qđ designabatur per sanctũ sanctoꝝ
vt supra dictum est:⁊ per ꝓprium sangui
nem ad placandũ nobis patrez:⁊ hoc ẽ
quod dicitur. a Christꝰ assistẽs. Sci/
endũ tamẽ ꝙ in hoc ca. cõstructio ⁊ mul
tum suspensiua:⁊ ideo vt clarius ⁊ breui
us ꝓcedam:ego ponã litterã nõ secundũ
ꝙ iacet in libro sed scđm ordinẽ sententie.
a Christus aũt assistẽs) hic tãgit digni/
tas ministri noui testamẽti:qꝛ xp̃s est no
mẽ suppositi existẽtis in natura duplici.s.
diuina ⁊ humana (Põtifex) hic tangit
nomẽ officij. qꝛ xp̃s est princeps alioruz
pastoꝝ: ſm qđ dicit prima Petri.v cap.
Cũ apparuerit princeps pastoꝝ ⁊c. (Assi
stens) idest semper paratus ad suum of/

ficium.ſ.ad iterpellandū patrē ꝓ nobis
⁊ ad auxiliādum nos contra impugna/
tionē hoſtis (introiuit ſemel in ſancta)
.i.in celū vt patebit infra: qꝺ quidē celuȝ
eſt tabernaculuȝ (peramplius).i.valde
amplum ꝓpter imēſitatem bonoꝝ cele/
ſtium (⁊ perfectius) ꝙ̄ fuit tabernaculū
moyſi: quod fuit mobile ⁊ portabile de
loco ad locum. Iſtud eſt imobile ⁊ eter/
num: ſcđm qꝺ per Iſay fuit predictum.
xxxiij.ca. Oculi tui videbūt hieruſalē ciui
tatem opulētam (tabernaculum) qꝺ ne/
quaꝙ̄ transferri non poterit: ibi enim lo
quitur de hieruſalem celeſti (non manu/
factum).i.non per hominem ſicut fuit
tabernaculum Moyſi per manum be/
lezeel. Unde conſiderādum eſt ꝙ taber/
naculum Moyſi ſic erat diſpoſitum: pa/
rietes enim erāt de qbuſdam aſſeribus
coopertis auro. Tectum ꝟo tabernaculi
erat quedam cortina quattuor coloribꝰ
depicta. Altitudo tabernaculi erat decē
cubitoꝝ: ⁊ latitudo decē: longitudo ve/
ro eius.xxx. ⁊ erat quedam cortina inte
rius diuidens longitudinem in partes i/
equales: quia ex vna parte cortine erant
decem cubiti tm̄: ⁊ dicebatur illa pars ta
bernaculi ſanctū ſanctoꝝ. In alia enim
parte erāt.xx.cubiti: ⁊ dicebatur illa ps
ſancta abſolute: vel etiam ſanctuȝ: ⁊ ſic
diſtinguebantur due partes tabernaculi
ſicut in eccleſijs noſtris chorus ⁊ nauis
niſi ꝙ oppoſito modo erant ſite: qꝛ cho
rus in eccleſijs noſtris eſt verſus orientē
ī tabernaculo ꝟo moyſi: ſanctum ſctōꝝ:
erat verſus occidentem. Ulterius conſi/
derandum ꝙ in ſanctum ſanctoꝝ erant
tria Archa teſtamenti. Duo cherubin: ⁊
ꝓpitiatorium. Apoſtolus addit quartū
.ſ. ꝙ ibi erat thuribulum quod exponūt
aliqui dicentis ꝙ per hoc intelligi debet
altare incenſi: ſed hoc patet falſum per
textum Exo. vltimo ca. vbi dicitur. Alta
re incenſi erat in alia parte tabernaculi.
Hoc etiam dicūt Ioſephus ⁊ Hierony/
mus. Et ideo dicendum ꝙ per thuribu/
lum non intelligitur aliud niſi ꝙ erat ibi
incenſorium in quo ſūmus ſacerdos in/
trans ſanctum ſanctoꝝ ponebat incen
ſum vt nebula inde conſurgens imped

ret alioꝝ conſpectum qui erant in alia
parte tabernaculi ne viderēt ea que erāt
intra ſanctum ſanctoꝝ. Similiter in alia
pte tabernaculi que dicebatᷣ ſancta erāt
tria. Mēſa ꝓpoſitionis in latere aquilo/
nari: ⁊ candelabrum aureū in latere au/
ſtrali: ⁊ altare thimiamatis in medio cō
tra diuidentē ſanctum: ⁊ ſanctuȝ ſancto
rum. Predictoꝝ autem aſſignatᷣ duplex
ratio vna litteralis ⁊ alia miſtica. Litte/
ralis eſt iſta. Tabernaculum enim iſtud
erat ordinatum ad cultū veri dei creato/
ris totius mūdi in quo ſunt due partes:
vna nobis inuiſibilis videlicet: iſtud qꝺ
eſt vltra celum ſidereum vbi erat habita
tio ſpiritualium ſubſtantiaꝝ: ⁊ hoc figu/
rabatur per illā partem tabernaculi que
dicebatur ſanctum ſanctoꝝ in qua erāt
Cherubin repreſentantia angelicā natu/
ram: ⁊ archa teſtamenti clauſa: ⁊ ad deſi
gnandum ꝙ rationes eoꝝ que fiunt in
hoc ſeculo viſibili continentur clauſe ⁊
nobis occulte in illo ſeculo ſuperiori ſi/
cut rationes effectuum in cauſis: ⁊ artifi/
ciatorum in artifice continentur quodā
modo clauſe. Et hoc per tria in archa cō
tenta. ſcilicet tabulas que repreſentant
ſapientiam qua diriguntur res humane
Et virga Aaron: qua deſignatur pote/
ſtas regiminis per quam coercentur ho/
mines a malis. Et māna per quod deſi/
gnatur vita humana. Per propiciatoriū
vero quod erat quaſi locus dei: ⁊ quia in
de reſpondebat ſummo ſacerdoti: ꝑ hoc
dſignatur ipſe deus glorioſus ⁊ ſublimis
pſidens omnibus creaturis: ⁊ ſic poſtꝙ̄
per ſanctū ſanctoꝝ deſignātur ea que ſūt
ſupra celum ſidereum nobis inuiſibilia:
ſic per aliā partē tabernaculi que diceba
tur ſanctū abſolute deſignabatᷣ alia pars
mūdi. Per tectū aūt tabernaculi in quo
erat quedā cortina varijs coloribꝰ diſtin
cta: deſignatᷣ celū ſydereū varijs ſtellis or
natū. Per cādelabꝝ aūt in quo erāt ſeptē
lucerne deſignabantᷣ orbes ſeptē planeta
rum: ⁊ ꝓpter hoc erat poſitū i pte auſtra/
li: qꝛ curſus planetaruȝ in emyſperio no
ſtro ſemper eſt ad auſtrū. Per menſam
vero vbi erant panes ſuppoſiti deſigna/
bātur elementa: ex quibus conſtituitur

⁊ nutritur hominum vita: quia ex eiſdē ſumus ⁊ per eadem nutrimur. vt dicitur ſecūdo de generatione. Deſignabat etiaʒ illa mēſa: ꝙ illi qui in altari deſeruiebāt creatoꝛi vniuerſe creature de altario debent viuere.

Si.n. ſanguis hyrcoꝛū aut thauroꝛū[a] ⁊ cinis vitule[b] aſperſus inqnatos ſanctificat ad emūdatōeʒ carnis[c] quanto magis ſanguis chꝛiſti[d] qui p ſpiritū ſanctū ſemetipſum obtulit imaculatum deo: emundabit ꝯſciētiā noſtram ab operibꝰ mortuis ad ſeruiendum deo viuenti[e]:

Ratio autez allegoꝛica p̄dictoꝛuʒ eſt: quia p illam parte tabernaculi q̄ dicebatur ſancta dſignabatur vetus teſtamentum in quo veritas diuinoꝝ erat latēs ſub velaminibus figuratum: ſicut aſpectus eoꝛum qui erant intra ſanctum ſanctorum: ⁊ erat inter cluſus per coꝛtinam mediam inter vtrāq3 tabernaculi partē: vt dictum eſt per illaʒ vnde per tabernaculi parteʒ que dicebatur ſanctum ſanctoꝛum in qua erant illa que repꝛeſentabant ſpiritualia ⁊ diuina: vt dictum eſt: ſignificabatur nouum teſtamētum in quo reuelata eſt veritas diuinoꝛum: propter quod in paſſione domini in qua conſumatum eſt nouum teſtamentum: ſciſſa fuit illa coꝛtina que ꝓhibebat aſpectum eoꝛum que erāt intra ſanctū ſāctoꝝ. vt habetur Luc. xxiij. ca. ¶ Hāc autem expoſitionem ſecundam proſequitur apoſtolus: ⁊ hoc eſt qđ ſubdit apoſtolus exponēdo verbū pꝛedictū (.i. nō huiꝰ creatōis). i. humane factiōis. Tāgit etiā tp̄s itrādi: ibi. ſel: qꝛ totū tp̄s non eſt niſi vnus annus reſpectu pontificatus chꝛiſti: ⁊ ideo ex quo ſemel intrauit ſemper eſt ibi: tangitur etiam modus intrandi cum dicitur (Neq3 per ſanguineʒ hyrcoꝛum aut vituloꝛum) ſicut intrabat pontifex veteris legis (ſed per pꝛopꝛium ſanguinem) qui pꝛo nobis fuit effuſus in cruce. Tangitur etiam ad quid intrauit cum dicitur. (Eterna redemptione inuēta: quia per hoc habemus eternam redēptioneʒ per modum conuenientiſſimum a chꝛiſto inuētum in quātum ſatiſfecit: qꝛ poterat in quātum deus ⁊ ſoluit que debebat in quātum homo.

a Si enim ſanguis) hic pꝛobat qđdam ſuppoſitum circa vltimum dictum ſcilʒ ꝙ ſanguis chꝛiſti fuit efficax ad noſtraʒ redemptioneʒ eternam: ⁊ facit talem rationeʒ: ſanguis chꝛiſti ex vnione ad ſuppoſitum diuinum habet virtuteʒ maiorē ad emūdationeʒ aīe ꝙ ſanguis hyrcoꝛum ⁊ vituloꝛum: ⁊ aq̄ luſtrationis ad tollendum immunditiā coꝛpoꝛalē ſeu impedimētum irregularitatis de quo p̄dictum eſt. Ueritas ꝓpoſitiōis huius patet: quia ſanguis chꝛiſti ex eius vnione ad ſuppoſitum diuinum cōtrahit quādam infinitatem virtutis: ſed pꝛedicta veteris legis tollebant immunditiam coꝛpoꝛalem contractam ex tactu alicuius immundi: ⁊ a diuino cultu impedientem: vt patet numeri. xix. cap. Ergo multo foꝛtius ſanguis chꝛiſti mūdat animam: ⁊ reddit eam aptam ad ſalutē eternam: ⁊ hoc eſt quod dicitur.

a Si enim ſanguis hyrcoꝛum aut thauroꝛum) hoc fiebat in feſto expiationis. b Et cinis vitule aſperſus) quia in aqua luſtrationis qua debebant immūda aſpergi ponebant cineres vitule combuſte. vt dicitur numeri. xix. cap.

c Inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis) quia animā mūdare nō poterat. d Quāto magis ſanguis chꝛiſti emūdabit ꝯſcientiā noſtrā ab operibus moꝛtuis) id eſt peccatis que moꝛtificant aīaʒ moꝛte culpe ⁊ moꝛte gehēne.

e Ad ſeruiendum deo viuēti) hoc dicit ad differentiā illoꝛum qui putantur dij: ſed ſunt moꝛtui: vt Juppiter Hercules: ⁊ huiuſmodi. Tāgit autem tria per q̄ ſanguis xp̄i habet efficatiam ad p̄dicta. Pꝛimū eſt ipſe offerens. ſ. xp̄s cuius me

ritum est efficatie infinite ꝑpter coniun-
ctionem ad diuinitatē: ⁊ hoc tangit cuꝫ
dicitur (Semetipsum obtulit. Secundū
est munus oblatū ꝙ fuit sanctissimum.
Ideo dicitur imaculatū. Tertiū est mo-
dus offeren
di qui ꝑcessit
ex maxima
charitate qd
notatur cuꝫ
dicitur ꝑ spi
rituꝫ sanctū
cui autem fa
cta sit talis
oblatio ostenditur cum dicitur. Deo sci
licet patri.

Et iō noui testamēti mediator ē[a] vt morte itercedēte[b] i redēptiōez earum p̄uaricationum[c] que erāt sub priori testamēto repromissionē accipiant[d]. q vocati sūt eterne hēditatis[e] in xp̄o iesu dn̄o nostro

a Et ideo noui testamenti). Hic conse
quenter ex p̄dictis q̄ ptinēt ad vetus testa
mētum ⁊ expositione eoꝝ arguit ad p̄n-
cipale intētum. s. ꝙ nouū testamētū sit ex
cellētius ⁊ efficatius veteri: ⁊ hoc osten-
dit cum p̄dixit ꝙ xp̄s ꝑ proprium sangui
nem strauit celum: ⁊ sic inuenit nostraꝫ
redēptionem eternā hoc āt non poterat
fieri in veteri testamēto. Ex quo sequitur
ꝙ illud testamentum factum est ꝑ xp̄m:
⁊ per consequēs debet dici nouuꝫ testa-
mentum: quia illud quod sequitur p̄ce-
dens dicitur nouū respectu illius: ⁊ hoc
est quod cōcludit apostolus.
b Et ideo noui testamēti mediator est)
.s. ipse xp̄s ꝑ quem autē modum sit me-
diator subdit.
c Ut morte intercedente). i. xp̄i morte
interueniente per quam eius testamen-
tum est confirmatum.
d Redēptionem eaꝝ p̄uaricationū que
erant sub priori testamēto). i. quas ve-
tus testamētum non poterat auferre sed
ꝑ mortem xp̄i sunt ablate.
e Repromissionem) eterne hereditatis
(accipiant) efficatia passionis.
f Qui voca sunt participandū ip̄m per
verā fidē ⁊ sacramentorū noue legis su-
sceptionē ⁊ sic pꝫ ꝙ nouū testm̄ est effica
cius veteri: qꝛ mūdat aiam ⁊ cōfert glo-
riam. Uetus aūt testamentū tm̄ exteri⁹
mūdat ⁊ tēporalē hereditatē ꝑmittebat.
¶ Questio fratris Antonij betontini.
Sanguis xp̄i qui per spūm sanctum se-
metipsum obtulit imaculatū deo emun-
dabit conscientiaꝫ nostraꝫ ab operibus
mortuis. Paulus ad hebreos. ix. cap.
¶ In quibus v̄bis queritur: Utrum tenea
mur ad id qd nobis conscientia dictat.
Bonauē. in
secūda disti.
xxxix. parte
arti. secūda
do. q. iij. ꝙ
cōsciētia ali-
quando di-
ctat aliquid
qd est scd̄ꝫ le
gem dei aliquando aliquid qd est preter
legē dei. aliquādo aliquid quod est con-
tra legē dei. ⁊ loquimur hic de dictami-
ne per modum p̄ceptionis vel prohibi-
tionis non per modum consilij siue per
suasionis. In primis quidem conscien-
tia simpliciter ligat ⁊ vniuersaliter pro
eo quod ad illa homo ligatur per legem
diuinam ⁊ conscientia que illi concor-
dat ligatum ostendit. In secundis vero
conscientia ligat q̄diu manet: vnde vel
tenetur homo conscientiam deponere:
vel tenetur illud quod dictat conscientia
adimplere: vtpote si dictat ꝙ necessari-
um est ad salutem festucam de terra le-
uare. In tertijs vero conscientia non li-
gat ad faciendum vel nō faciendūꝫ: sꝫ li
gat ad se deponēdum ꝑ eo ꝙ cū talis cō
scientia sit erronea errore repugnāte le-
gi diuine necessario q̄diu manet ponit
hominē extra statum salutis: ⁊ ideo ne-
cessarium est eam deponere: qꝛ siue ho-
mo faciat quod dictat consciētia eius si
ue eius oppositum mortaliter peccat. Si
v̄o facit ꝙ consciētia dictat: ⁊ illud ē con
tra legē dei ⁊ facere cōtra legē dei sit mor
tale peccatū absq̄ dubio mortaliter pec-
cat. Si vero facit oppositum eius ꝙ con
scientia dictat ipsa manente adhuc mor-
taliter peccat: non ratione operis quod
facit: sed qꝛ malo modo facit. facit enim
in contemptum dei dum credit dictan-
te sibi conscientia hoc deo displicere q̄-
uis deo placeat: ⁊ hoc ē quod dicit glo.
super illud Roma. xiiij. capitulo. Omne
quod non est ex fide peccatum est: ibi

glosa. Omne q̄ð ad consequentiam pertinet si aliter fiat dicit apostolus esse peccatum: ꝙuis enim fiat etiam quod bonum est si non faciendum credatur peccatum est. Et ratio huius est: quia non tā tum attendit deus qd homo faciat: ſ; quo animo faciat. ⁊ iste qui facit quod deus iubet credens facere contra dei voluntatem non facit bono animo: sed malo: ⁊ iō peccat mortaliter.

Dominica i passiōe Euāgeliū scd̄z Joānem. viij. cap.

IN illo tp̄e. Dicebat iesus turbis iudeorū ⁊ ꝓncipib⁹ sacerdotū. q̄s ex vob arguet me de pctō[a]. si v̄itatē dico vob[b] q̄re nō creditis mihi[c] q ex deo est v̄ba dei audit[d] ꝓpterea vos nō auditis q: ex deo nō estis[e]. R̄nderūt ergo iudei[f]. ⁊ dixerūt ei. Nonne bn̄ dicimus nos[g] q: samaritan⁹ es tu ⁊ dmoniū hēs[h]. r̄ndit ies⁹

Expositio litteralis.

HIc euāgelista declarat ꝓprietatē iudeoꝝ ⁊ phariseoꝝ: qm̄ ꝓprietas eoꝝ erat recipe falsa ⁊ mēdacia ⁊ nō vera: ſ; q: possent dicere ꝙ nō credim⁹ tibi: hoc non est ꝓpter odium veritatis: sed ꝓpter maliciā tuā: q: malus homo es: ideo dicit hoc remouens.

a Quis ex vobis arguet me de peccato) quasi dicat. Si habetis aliquod peccatum quod possitis super me ostendere paratus sū audire ⁊ me ratiōabiliter purgare: ⁊ iō cum hoc nō possitis facere.

b Si veritatē dico) si pro quia.

c Quare non creditis mihi) ⁊ subdit causam dicens (qui ex deo est verba dei audit) q: quilibet audit doctrinā ad quā affectatus est: q: est sibi connaturalis: ⁊ ideo concludit.

d Propterea vos nō auditis) .i. recipitis verba dei ex ore meo.

e Quia ex deo non estis) ⁊ per consequens sequit̄ ꝙ sitis ex diabolo: non per creationem sed per imitationē.

f Responderunt ergo) ostēso patre eorum ponitur eoꝝ iniuriosa r̄nsio: ⁊ diuiditur in duas: q: primo ponitur dicta respōsio. Secundo ipsius responsionis mā sueta declinatio. ibi. respōdit iesus. Circa primum sciēdu; ꝙ modus hominū qui nesciunt rationabiliter respondere ē ad conuitia iniuriasq; se conuertere: ⁊ iō iudei nō habētes q̄ð xp̄o rationabiliter responderent ad cōuitia se cōuerterunt dicentes.

g Nōne bene dicimus nos quia samaritan⁹ es) ſ; eni xp̄us eēt genere iudeus ⁊ non samaritan⁹: tamē vocāt eum samaritanū dupli ci de causa: vna est q: vt dictum est. iiij. cap. ꝙuis samaritani eēnt gentiles tamē legē in p̄te seruabāt. Et iō erat vulgare apud iudeos ꝙ ille q in parte legē obseruabat. ⁊ in parte legē soluebat vocabatur samaritanus ꝙuis eēt iudeus ꝓpter similitudinē ad iudeos: sicut apud christianos aliquis dicitur iudeus vel saracenus: qui ritum catholice fidei in parte soluēs iudeis ⁊ saracenis quātū ad aliqd assimilatur. Alia causa est q: samaritani erāt multū infesti iudeis ⁊ odibiles eis: vt supra dictum est cap. iiij. ⁊ iō vulgare erat apud iudeos ꝙ homines malos ⁊ eis odibiles vocabant samaritanos ꝙuis essent iudei. Talis autē erat christus s̄m reputationem eorū: ideo vocabant eum samaritanum.

h Et demonium habes) hoc enim iudicabant de xp̄o ꝓpter mirabilia que faciebat ⁊ magicis artibus imputabāt: ⁊ q: secreta eorū freq̄nter arguēdo dicebāt: ⁊ q: aliquādo quedā alta ⁊ subtilia loquebat̄ que non intelligebāt ꝓpter q̄ð eum arreptitiū dicebāt. Sicut ⁊ de saul dicitur primo Regum. xviij. capitulo: q̄ð arreptus a demonibus prophetizabat in aula sua.

i Respōdit iesus). hic ponitur ipsius christi mansueta declina-

Ego demoniū nō habeo[a] sed honorifico patrem meum[b] & vos inhonorastis me[c]. Ego autem non quero gloriam meā[d]. Est qui querat: & iudicet[e]. Amen amē dico vobis[f] Siquis sermonem meum seruauerit mortem non videbit in eternū[g] Dixerūt ergo iudei[h].

tio quia cum malediceretur non male/dicebat vt habetur prima petri.ij. capi. ideo mansuete iniuriā declinat dicens.
a Ego demonium non habeo(qđ pa/tet q2 demones expellebat: nec doctrinā malam ha/bebat sꝫ sanctissimaꝫ vt patet intuē/ti. Si enim aliqs homo in nulla lege imbutus vi/deret xp̄i do/ctrinā: statiꝫ ex sola rōne naturali in/dicaret eam mundissimam & honestissi/mam respectu cuiuscunqꝫ alterius do/ctrine. Similiter miracula xp̄i non fie/bāt virtute demonis: quod patet ex hoc ꝙ faciebat multa non solum virtutem demonis sed virtutem cuiuscunqꝫ crea/ture transcendentia sicut est suscitatio mortuorum: illuminatio cecorum. & il/lustratio subita hominum simplicium & consimilia: & hoc patet ꝙ fiebant virtu/te diuina. ideo sequitur.
b Sed honorifico patrem meum) declarando eius virtutē in miraculo.
c Et vos inhonorastis me) attri/buendo demonii ꝙ virtuti diuine debe/ret attribui & ne possent dicere ꝙ talia di/ceret ad iactantiam subdit) Ego autem non quero gloriam meam) sed querit hic Cum xp̄s quereret gloriam dei pa/tris: & eadem sit gloria patris & filij: quo modo potest dicere. Ego non quero glo/riam meam. Dicendum ꝙ dirigit verbū ad intentionem eorum quibus loqueba/tur qui reputabant eum querere hono/rem mundanū: & est sensus.
d Ego autem non quero gloriam meam) quasi dicat. Ego non quero glo/riam ab honore dei patris deuiantem si/cut vos creditis.
e Est qui querat & iudicet) quasi dicat. illi qui querunt gloriaꝫ mundi pos/sunt manifeste iudicare & perpendere p facta mea ꝙ ego talia non quero: quia vita xp̄i in paupertate & abiectione exi/stens glorie mundane erat contraria.

Aliter exponitur. Ego autem non que/ro gloriam meam).i. exaltationem me/am: pro nunc: quia ante passionem xp̄s querebat abiectionēꝫ.
e Est qui querat).s. deus pater qui post humilia/tionē in cruce exaltauit eū & dedit illi nomē qđ est super oē no/mē: vt dr̄ ad philipenses. ij.c.(& iudi/cet. scilicet deus pater de illis me inhonorant vindictā faciendo de ipsis quod factum est qñ in vindictam mortis christi d̄stru/cta est ciuitas & templum & populus oc/cisus & captiuatus est per romanos.
f Amen amen dico vobis) hic pro/bat tertium supra propositū. s. ꝙ seqnēs christum lumen habeat vite. & diuiditur in duas: quia primo ponitur christi pro/batio. secundo iudeorum obiectio: ibi. dixerunt ergo. In prima parte dicit sic.
f Amen amen dico vobis).i. fideli/ter: & duplicatur ad maiorem affirma/tionem.
g Si quis sermonem meum ser/uauerit: mortem non videbit in eternū) Cuius ratio est: q2 semen est verbum dei vt habetur Luc. viij. capitu. in quātum vi/ta eterna in verbo dei ꝯsistit sicut in quo/dam principio seminali quia finaliter p/ducit in vitam beatam: sicut virtute se/minis producitur fructus: & ideo sicut il/le qui seruat semen a corruptione perue/nit ad fructum: sic seruans verbum di/uinum: peruenit ad beatitudinis statum que beatitudo designatur cum: dicitur(Mortem non videbit vita enim beata in visione & fruitione consistit: & ideo per exclusionem mortis gehenne que huic visioni opponitur: consecutio bea/titudinis intelligitur: & sic patet quod supra fuit propositum. scilicet ꝙ sequens christum haber lumen vite: quia seque/la christi in obseruatione verbi eius con/sistit.
h Dixerūt) hic ponit iudeorū obiectio

in contrariū: ⁊ diuidit in duas: quia primo ponitur dicta obiectio. Scdo xp̄i rn̄sio: ibi. rn̄dit iesus. Obiectio aūt eorū incipit a conuicio: qꝛ sicut homines irrationabiles ⁊ turbati statim dixerunt.

nullū falsuʒ pōt ee: ⁊ hoc est qd̄ dicit hic. h Est pater meus q glorificat me) p miraculorū operationē: ⁊ postea glorificabit p' resurrectiōis ⁊ ascēsionis gloriā. i Quē vos dicitis qꝛ deus vester est.) per operum imitationeʒ sed hoc ē falsum quod ꝓbat dicens.

a Nunc cognouim⁹ qꝛ demoniū habes) q̄si dicant ꝑus tm̄ opiabamur, te habere demoniuʒ: sed modo sum⁹ certi qꝛ ita ē ꝙ nulla falsitas a deo ē sed a diabolo quiest pater mendaciū vt tu dixisti: verbum aūt tuū ē manifestū ⁊ aꝑtum mendacium. ad cui⁹ ꝓbationē inducūt (

Nūc cognouimus qꝛ demoniuʒ[l] habes Abraaʒ mortuus ē ⁊ prophete: et tu dicis. Siquis sermonem meum seruauerit[a] nō gustabit mortē in eternum. Nūquid tu maior es patre nostro Abraaʒ[b] q mortuus est: ⁊ ꝓphete mortui sunt. Quē te ipsuʒ facis[c] Rn̄dit ies⁹[d] Si ego glorifico meipsum[e] gloria mea nihil ē[f]. est pater meus qui glorificat me[g]: quē vos dicitis[h]: qꝛ deus vester est: ⁊ non cognouistis eum[i]. Ego aūt noui euʒ[k]. Et si dixero qꝛ non scio eū[l] ero similis vobis mendax. Sʒ scio eū[m]: ⁊ sermonē eius seruo[n] Abraā[o] pꝛ vester exultauit vt videret dieʒ meū vidit ⁊ gauisus est.

k Et nō cognouistis eū) per fidem formatā in q̄ consistit dei filiatio per adoptionē. l Ego aūt noui euʒ) sicut eius filius naturalis habens eandem sciam cum ipso. m Et si dixero qꝛ nō scio euʒ: ero

Abraā mortuus ē ⁊ prophete) qui tn̄ sermonē dei seruauerūt qui est maioris virtutis ꝙ̄ sit sermo tuus: ⁊ iō pʒ falsum qd̄ tu dicis. b Si qs sermonē meum seruauerit ⁊c.) Ex quo patet ꝙ d̄cipiebantur in equiuoco: ex quo xp̄s dicebat de morte spiritual: ipsi autē acceperunt de morte corporali: ⁊ ideo querunt derisorie duo primum est. c Nunquid tu maior es patre nostro Abraaʒ) quasi dicant non: scd̄m est.
d Quem te ipsum facis) quasi dicant manifeste patet ꝙ ad gloriā vanaʒ de te falsa dicis. e Rn̄dit iesus) hic ponitur xp̄i rn̄sio ⁊ primo ad secundum. scd̄o ad primum: ibi. Abraam ⁊ qꝛ in vltimo quesito imponebant ei q̄rere vanam gloriam ideo hoc excludit diēs. f Si ego glorifico me ipsum) .i. si ego quero gloriam meam preter regulam veritatis diuine vt vos mihi imponitis. g Gloria mea nihil ē). i. falsa qꝛ falsuʒ ē nō ens vel nihil. sʒ nō ē ita qꝛ gloria mea est a deo pr̄e a quo

similis vobis mendax) sicut estis mendaces asserendo vos eū cognoscere cuʒ tn̄ nō eū cognoscatis: ita essem mendax si assererem me eū ignorare cum inquātum deus habeam noticiam eandem cū eo: ⁊ inq̄tum homo eum clare videam: ⁊ ideo subdit. n Sed scio eum). s. predicto modo.
o Et sermonem eius seruo) hoc addit quia vera cognitio per opera demonstratur. In omni. n. opere malo est aliqua ignorantia pp̄ quod dicit philoso. iij. ethi. Oīs malus est ignorans.
p Abraā) hic rn̄det ad primū: q̄sierant. n. ꝑmo d̄risorie si ipse eēt maior ꝙ̄ Abraam ⁊ respondet qd̄ sic dicens Abraam pater vester exultauit vt videret dieʒ meū) qꝛ abraā desiderauit cognoscere tp̄s aduētus xp̄i: quod ē videre xp̄m in spū: ⁊ sic pʒ ꝙ est maior Abraam: pp̄ hoc. n. cognitionē hāc desiderabat: qꝛ ab ipso oium gentiū redēptioneʒ expectabat.
biscū fueri i tēplo[l]:

f Quod futurū erat). s. captioneʒ ma-
gistri sui vt duceret ad mortē g Dixe
rūt ei dn̄e si pcutimus in gladio & pcussit
vnus &c̄. Alijs discipulis licentiā petētib⁹
pcutiendi ad magistri sui defensionē: pe-
trus qui erat
audacior ce
teris & feruē
tior non peti
uit licentiam
nec expecta-
uit responsio
nem: sed am
putauit vni⁹
auriculaʒ in
tendens euʒ
iterficere vel
grauiter vul
nerare.
h Sinite
vsq3 huc) q̄si
dicat nō mo
ueat vos qd̄
est futurū: q2
pmittēdi sūt
vt me cōpre-
hēdāt. vt im
pleant ea q̄
de me scripta
sunt.
i Et cuʒ teti
gisset auriculā ei⁹ sanauit eū) in quo ap-
paret maxima xp̄i caritas sanādo illuʒ q
venerat ad cōprehendendū ipsum.
k Dixit aūt iesus ad eos q venerant ad
se pncipes sacerdotū &c̄. Cōtrariū videt
Math. xxvj. ca. vbi dici videt q̄ princi-
pes sacerdotū nō fuerūt in captione iesu
sʒ ductus fuit ad eos p cōprehensores ad
locū vbi cōuenerāt. Ad qd̄ rn̄det duplcit̄
vno mō q̄ licet nō venerint ad cōprehē
dendū iesuʒ in pprijs psonis: venerūt tn̄
in virtute i ministris ab eis missis. Alio
modo q̄ aliqui de principibus sacerdotū
venerūt cū ministris ad cōprehendendū
iesuʒ vt diligēti⁹ fieret negociū. plures tn̄
expectabant in domo vt d cit Math.
l Quasi ad latronem existis cū gla-
dijs & fustibus cum quotidie vobiscum
fuerim in templo) quasi dicat tunc non

cepistis me: q̄r nolebā: nec modo caperē-
tis nisi pmitterē: iō sequitur. a Sȝ hec ē
hora) vobis cōcessa ad me ꝯp̄hēdendū.
b Et potestas tenebraꝝ) q̄r diabolus te
nebraꝝ princeps eos ad hoc incitabat.

giā: cōtra Cesaris ordinationē ꝗ dignita
tē regiā a iudeis abstulerat: sicut dr̄. iij. c.
Si aūt dixisset nō: obiecissent cōtra eū de
redargutione: q̄r pluries verbis ⁊ factis
dixerat se eē xp̄m: vn̄ Johā. x. ca. dicenti-
bus ei iude-

c Cōprehē-
dentes aūt)
Hic cōsequē
ter ponit xp̄i
traditi com-
prehensio: et
subdit petri
negatio cuȝ
dicit.
d Petrus
vero) de ne-
gatione eniȝ
petri varie lo
quuntur euā
geliste q̄ va-
rietas expo-
sita fuit ⁊ cō
cordata ma
thei xxvj. ca.
e Et viri)
Hic ꝯn̄r de-
scribitur xp̄i
ꝯprehēsi illu
sio cuȝ dicit.
f Prophe-
tiza nobis
xp̄e ⁊c̄) Per
hoc eni desi-
gnabāt ꝗ eēt
falsus pp̄he
ta: ⁊ ꝗ signo-
raret qs euȝ
percuteret: ⁊
nō solū illu-
debāt: sȝ etiā
calūniose in
terrogabant
g Si tu es
xp̄us dic no-
bis) q̄r si rn̄-
disset sic stati
iposuissent ꝗ
voluisset sibi
vsurpare di-
gnitatem re-

non extēdistis man⁹
in me. Sed hec ē ho
ra vřa [a] : ⁊ potestas
tenebrarū [b]. Cōpre-
hendētes autē eum [c]
duxerunt ad domū
principis sacerdotū
Petr⁹ vero [d] seq̄bat
eum a longe. Accen
so āt igne in medio
atrio ⁊ circunseden
dib⁹ illis: erat petr⁹
ī medio eorū. Queȝ
cum vidisset ancilla
q̄dā sedētē ad lumē:
⁊ eum fuisset ītuita
dixit. Et hic cū illo
erat. At ille nega-
uit eum dicēs. Mu
lier non noui illum.
Et post pusillū ali-
us videns eum di-
xit. Et tu de illis es
petr⁹ vero ait. o ho
mo nō sum. Et iter
uallo facto q̄si hore
vnius ali⁹ qdā affir
mabat dicēs. Uere
⁊ hic cum illo erat:
nā ⁊ galile⁹ est. ⁊ ait
petr⁹. Nō nescio qd
dicis: ⁊ cōtinuo ad-
huc illo loquēte can
tauit gallus. et ꝯuer
sus dn̄s respexit pe-
truȝ. et recordat⁹ est
petr⁹ verbi dn̄i sicut
dixerat: quia pri⁹ q̄ȝ
gallus cātet ter me
negabis: et egressus
foras petr⁹ fleuit a-
mare. Et viri [e] q te-
nebāt iesum: illude-
bāt ei cedētes: ⁊ ve
lauerūt et pcutiebāt
faciē ei⁹ et iterroga-
uerunt euȝ dicentes
prophetiza qs ē q te
pcussit [f]: et alia mul
ta blasphemātes di-
cebāt i eum: et vt fa
ct⁹ est dies conuene
runt seniores plebis
et pricipes sacerdo-
tū et scribe: et duxe-
rūt illū i ꝯsiliū suum
dicētes. si tu es xp̄s
dic nob̄ [g]. et ait illis
Si vobis dixero nō
credetis mihi [h]. si āt
et interrogauero: nō
respōdebitis mihi [i]
neqȝ dimittetis [k]:
Ex hoc autem [l].

is. Si tu es
xp̄us dic no-
bis palaȝ: re
spōdit eis ie-
sus loquor
vobis ⁊ nō
creditis: ope
ra q̄ ego fa-
cio in nomie
p̄ris mei hec
testimoniuȝ
perhibent de
me. iō sequtur
h Si dixe-
ro vobis nō
credetis mi-
hi) sicut ⁊ ali
as nō credi
distis nec ver
bis meis nec
factis.

i Si autē ⁊
interrogaue
ro nō respon
debitis) sicut
cū alias peti
uerāt de xp̄o
quō sit filius
dauid nō re-
sponderunt:
⁊ in pluribꝰ
alijs ei⁹ que
stionibus si-
mile inuenit.
k Neqȝ di-
mittetis) qa
obstinatiōeȝ
sciebat eo-
rum.
l Ex hoc
autem) idest
post passio-

nem meam ⁊ resurrectionem.
a Erit filius hominis sedens a dextris virtutis dei): quod impletuȝ est in ascensione christi ſm quod dicitur Mar. vlti. cap. Et dn̄s quidē iesus postq̄ locutus est eis assūptus est in celum ⁊ sedet a dextris dei.
b Dixerūt aūt oēs ⁊c). Mat. xxvi. cap. dicit ꝙ sūmus sacerdos h̄ dixit. dicēdū ꝙ ille dixit p̄mo ⁊ p̄ncipaliter: ⁊ iō Math. ip̄m solū exprimit. Alij autem consequenter ideȝ dixerunt volentes ex hoc concludere cōdēnationē christi fore iustaȝ. Tu ergo es filius dei) hoc nō sequebatur ex dicto precedenti: quia dixerat erit filius hominis: verūtamen: q̄ꝛ hoc erat veꝝ noluit negare nec etiā affirmare ne aperiret locum calūnie: sed respondit,
c Vos dicitis: q̄ꝛ ego sū) qđ verbū erat veꝝ ⁊ taliter p̄latū ꝙ calūniā nō hēret secūdum veritatē sed tm̄ scđm iudeoꝝ malitiam: ex qua concluserunt.
d Quid adhuc desideram⁹ testimonium). q. d. cōuictus est ꝓprio v̄bo: vn̄ subditur. (Ipsi. n. audiuimus de ore eius). (Et surgēs oi~ multitudo). postq̄ descripta est xp̄i cōprehēsio per malitiā iudeoꝝ hic cōsequēter describit̄ eius occisio p exe cutionem gentilium vbi primo describitur sollicita examinatio: secūdo iniqua condēnatio ibi. pilatus autem tertio impia occisio ibi: ⁊ cum ducerent euȝ: quarto deuota tumulatio ibi. Et ecce vir nomine ioseph. Circa primum primo describitur examinatio coram pilato preside. Scđo coram herode ibi: pilatus autem.

erit fili⁹ hois sedēs a dextris v̄tutis dei[a]. Dixerūt auteȝ oēs[b] Tu ergo es fili⁹ dei. Qui ait. Vos dicitis quia ego sum. at illi dixerunt. Quid adhuc desideram⁹. testimonium[d]. Ipsi enim audiuimus de ore eius. Et surgēs ois multitudo[c] eorū duxerunt illum ad pilatum. Ceperunt

autē illum accusare[f] dicētes. Hunc inuenimus subuertentem gētem nostrā ⁊ ꝓhibētē tributa dari Cesari. ⁊ dicētē se christum regeȝ esse. pilatus autem interrogauit eū dicēs. tu es rex iudeorum. at ille respondens ait. Tu dicis. ait autē pilatus ad p̄cipes sacerdotum. ⁊ turbas

Circa primum dicitur.
e Et surgens omnis multitudo eorum duxerunt illum ad pilatum) qui erat ibi preses loco romanorum.
f Ceperunt autē accusare illū). Et hoc de tribus. p̄mo de auersiōe populi a lege Moysi seruāda caȝ dicitur. Nūc iuenim⁹ subuertētē gentem nostrā. Scđo ꝙ per doctrinā suā ipediret reddere Cesari tributum: ⁊ hoc notatur cū dicit̄ (⁊ ꝓhibētē). Tertio ꝙ volebat sibi vsurpare regnuȝ iudeoꝝ: iō sequitur (⁊ dicentē se xp̄m regem eē). Primum aūt erat manifeste falsū: q̄ꝛ nō venit soluere legē sed adimplere: vt habet̄ Mat. v. cap. Et legē moysi vsq̄ȝ ad mortem seruauit vt declaratū fuit ibidē. Similiter scđm q̄ꝛ iudeis querentib⁹ liceȝ nobis cēsum dare cesari: an non. respondit Reddite que sunt cesaris cesari: vt habetur math. xxij. capi. Similiter tertium: q̄ꝛ cum christus sciret turbas venturas: vt eum raperent ⁊ facerent super se regem fugit vt habetur Ioan. vi. capi. Pilatus autem de primo non curauit quia gentilis erat: ⁊ ideo de lege Moysi non curabat. Secundum reputabat falsum: quia responsionem christi audierat per relationem de tributo cesari reddendo vt predictum est. Sed de tertio inquisiuit: quia videbatur esse contra dominum suum: vnde ⁊ iudei coram eo dixerunt. Non habemus regem nisi cesarem. Ioan. xix. capi. Et ibidem dicitur. Omnis enim qui se regem facit contradicit cesari. Christus autē se regē eē non negauit neq̄ȝ af-

firmauit: sed medio modo respondit di cens. (Tu dicis) verũtamen expressit ꝙ si esset rex regnũ eius nõ erat de hoc mũdo vt habetur Joan. xviij. cap. Et qr pilatus ⁊ imperator dominus suus nõ curabãt nisi de regno terreno: iõ pilatus habuit Jesũ excusatũ dicẽs

a Nihil inuenio cãe). .s. crimis vel mortis.

b In hoc homine. at illi iualescebãt vt clamoribus obtinerent ꝙ ratione non poterant.

c Commouit populũ) q̃si dicãt turbauit pacem cõmunem.

d Incipiẽs a galilea) volebãt eni eũ notare ꝙ eẽt filius iude galileo qui tpe natiuitatis xp̃i inducebat populũ ad rebellãdũ imperatori romano dicens esse illicitũ iudeis ꝓfiteri aliquẽ dominũ terrenũ: sȝ solũ deũ: vt hr̃ Act. v. ca. Añ hos dies existit Judas galileus q auertit populuȝ in die ꝓfessionis: sed pilatus hoc falsũ reputauit eo q̃d audierat xp̃m dixisse. Reddite que sunt cesaris cesari ⁊ que sunt dei deo per hoc ostẽdens ꝙ poterant esse subiecti nõ solũ deo: sed etiam temporali domino.

e Pilatus aũt). Hic cõsequenter ponitur examinatio xp̃i coram herode.

e Pilatus aũt audiẽs ꝙ iesus eẽt de galilea remisit eum ad herodem). Tum vt herodi deferret: tum quia credebat ꝙ libenter liberaret hominez qui esset de terra sua ⁊ maxime innocentẽ. Sciendum etiaȝ ꝙ lȝ xp̃s fuerit i bethelee natus vt dc̃m est. y. cap. tamẽ d citur hic de galilea qr fuit ibi nutritus ⁊ conuersatus.

f Qui ⁊ ipse hierosolymis erat his diebus) s. paschalibus ꝓpter solẽnitatez: qr iudeus erat. pater eni suus fecit se circũcidi transiens ad ritũ iudaismi: sȝ q̃d dicit Josephus.

Nihil inuenio cãe in hoc homine[a]. at illi iualescebãt dicẽtes[b] Cõmouit populuȝ[c] docẽs p vniuersam iudeam icipiẽs a galilea[d] vsqȝ huc. Pilatus autẽ audiẽs[e] galileam interrogauit si homo galileus eẽt ⁊ vt cognouit ꝙ de herodis ptãte esset remisit eum ad herodem qui ⁊ ipse hierosolimis erat illis diebus[f]. herodes aũt viso iesu gauisus est valde[g] erat enim cupiẽs ex multo tẽpore videre eũ: eo q̃d audierat multa de eo[h]: ⁊ sperabat aliquod signum[i] videre ab eo fieri[k]. Interrogabat autẽ euȝ multis sermonibus[l] at ipse nihil illi respondebat. Stabãt autem principes sacerdotum ⁊ scribe cõstanter accusantes euȝ. Spreuit ãt illũ herodes[m] cũ exercitu suo. ⁊ illusit indutũ veste alba[n]. ⁊ remisit ad pilatũ[o]

g Herodes aũt viso Jesu gauisus ẽ) nõ ꝓpter deuotionẽ: sed ꝓpter curiositatẽ: iõ subditur.

h Eo q̃d audierat multa de eo). s. d miracul ei⁹ ⁊ doctrina.

i Et sperabat signũ aliq̃d). i. mirabile factum.

k Uidere ab eo fieri). sperabat etiam ab eo audire quedaȝ curiosa ⁊ insolita: ideo subditur.

l Interrogabat autem eum multis sermonibus). Jesus autem in conspectu eius noluit aliquod signum facere. tum quia herodes erat indignus cum moueretur ex curiositate vt dictum est: tum qa iesus voluit ostendere quod predicator verbi diuini non debet coram principibus ostentationem suam querere: ⁊ eisdem rationibus non respondit eius interrogationibus.

m Spreuit autem illum Herodes). reputans eum idiotam ⁊ fatuum.

n Et illusit indutum veste alba). sic eni illudebatur: tunc fatuus.

o Et remisit ad pilatum). Ut eum honoraret: sicut ⁊ pilatus ei detulerat.

Et facti sunt amici herodes ⁊ pilat⁹ in ipsa die[a]. Nã antea inimici erãt[b] adinuicem. pilat⁹ aũt[c] ꝯuocatis principibus sacerdotuꝫ ⁊ magistratibus: ⁊ plebe dixit ad illos. Obtulistis mihi hũc hominem quasi auertentez populum. Et ecce ego coram vobis interrogans nullam causam inuenio in hoie isto ex his in quib⁹ eũ accusatis. sed neqꝫ herodes. Naz remisit illũ ad nos[d]: ⁊ ecce nihil dignum morte actum est ei[e]. Emendatum ergo[f] illum dimittam[g]. Necesse autez habebat dimittere eis[h] ꝑ diẽ festũ vnũ. Exclamauit aũt simul vniuersa turba dicens. Tolle hũc ⁊ dimitte nobis barabã. Qui erat ꝓpter seditionẽ quãdã factã i ciuitate ⁊ homicidium missus in carcerem. Iterum autem pilatus locutus est ad eos: volẽs dimittere Jesum. At illi magis clamabant dicentes. Crucifige crucifige eum. Ille autem tertio dixit ad illos. Quid eniz mali fecit iste? Nul-

a facti sunt amici) propter mutuam reuerentiam factam: vt dictum est: ⁊ ideo sequitur. b Nam antea inimici erant adinuicez) ꝓpter galileos quos Pilatus occiderat miscens sanguinem eorum cum sacrificijs: vt dictum est supra. xiij. cap. c Pilatus autem). Hic consequẽter describitur christi cõdẽnatio iniusta: vbi ꝑmo declarat christi innocentia ex triplici ꝯfessione iudicis causaz examinantis ⁊ etiaz ex allegatione herodis: qui ipsum nõ condẽnauerat. Judei autem ecõtrario cõtra verba iudicis ter reclamauerũt: vt obtinerẽt per importunitatem clamoris: quod non poterãt via rationis ꝓpter qđ Pilat⁹ finalr̃ declinauit a iustitia ꝯdẽnãs ad mortẽ inocentẽ Jesus icliat⁹ ad hec ppl̃i fauore quẽ q̃rebat: ⁊ Cesaris timore cuius idignationẽ formidabat: eo qđ dixerãt iudei i ꝯspectu suo. Si hũc dimittis nõ es amicus Cesaris: vt habet Joãnis. xix. ca. ⁊ ex dictis pꝫ littera paucis exceptis que exponent. d Naz remissit illũ ad nos). i. ad nostꝝ iudiciuꝫ: libri antiq ⁊ correcti sic hñt. d Nam remissi vos ad illum). s. ad herodez: vt pꝫ ex dictis: ⁊ lr̃a seques ꝯsonat cum dicit.

e Et ecce nihil dignum morte actuz est ei) scilicet coram Herode. f Emendatum ergo) idest verberatuz: g Illum dimittam) liberum a morte. Sed contra hoc videtur: quia pilat⁹ sciebat ipsuz eẽ inocentez: q̃ mõ igit volebat ipsuz iniuste ꝟberare Dicendũ ꝙ volebat facere vt iudei videntes hanc flagellatiõez satiarẽt hac pena ⁊ cesarent a morte iesu querãda h Necesse aũt hẽbat dimittẽ eis ⁊c̃) Quia in nocte pasce angelus dñi saluauit hebreos: ⁊ ꝑcussit primogenita egyptioꝝ: ⁊ ideo in memoriã huius beneficij i solẽnitate paschali saluabant vnum ꝓpinquum morti. Et aliquos condẽnatos ad mortem interficiebant ad repsentandum saluationem hebreoꝝ ⁊ interfectionem egyptioꝝ: ⁊ istã ꝯsuetudinem eis obseruari impetrauerũt ab impatore romanoꝝ: sicut fuerat obseruata antequã iudea esset romanis subiecta: ⁊ hoc est quod dicitur. h Necesse autem habebat ⁊c.) quia tenebatur obseruare illud quod erat concessum ab impatore. Pilatus sciens iesum innocentem volebat eum liberare per hanc viam ꝓponẽs ꝙ nõ expediret eis dimittẽ: nisi iesuz aut

barabam: cuius liberationem credebat iudeos nullo modo p̄eligere, ꝓpter nimiā ipsius malitiā: sed ipsi nimio odio moti contra christum p̄elegerūt barabā libera re petētes Jesum crucifigi eo quod erat modus mortis asperior ꝛ durior cetera patent.

a Et cū ducerēt eum). Hic ꝯsequēter ponit xp̄i ipia occisio cū di.

a Et cū ducerēt eum ad crucifigēduȝ apprehēderūt simonē ꝛc.) qꝛ coegerūt eū ad portandū crucē vt citius venirēt ad locū crucifixionis. qꝛ iesus videbatur nimis debilitat⁹ ex afflictōe p̄cedēti: ꝛ iō ḡuis ih̄s p̄mo portasset crucez suā: tn̄ illi q eū ducebant acceperūt eā ꝛ posuerunt supra symonē rōne p̄dicta: ille autē inuite portabat. Tuȝ qꝛ hoc erat turpe. Tū qꝛ forsitan erat discipulus iesu occult⁹ tn̄.

b Seqbat aūt illū ꝛc.) qꝛ aliq seqbant eū ad ipm crucifigēdū: aliq ad deridēdū eū: ꝛ aliq ad vidēdū spectaculū: ꝛ aliqui ad plāgēdū: spālr mulieres deuote qbus dixit.

lam cām mortis sue nio in eo. Corripiā ḡ illū ꝛ dimittā. At illi īstabant vocib⁹ magnis postulātes vt crucifigeret. ꝛ in ualescebāt voces eorū. et pilat⁹ adiudicauit fieri petitionē eorū dimisit autē illis eū qui ꝓpter homicidiū ꝛ seditionē missus fuerat in carcerē quem petebant iesum vero tradidit voluntati eorū. et cum ducerent eum[a] apprehēderunt symonem quēdam cirenēsem venientē dvilla ꝛ imposuerunt illi crucez portare post iesum. Sequebatur aūt illuȝ[b] multa turba populi ꝛ mulierū q̄ plangebant et lamētabantur eum

Conuersus autem ad illas dixit iesus. Filie hierusalē[c] nolite flere[d] super me sȝ super vos ipsas flete: ꝛ super filios vestros. Qm̄ ecce veniet dies[e] in quibus dicent beate steriles[f] et vētres qui non genuerunt[g] et vbera que non lactauerūt Tūc icipient dicere montib⁹[h] cadite sup nos et collib⁹ opite nos. Quia si in viri[i]di ligno hec faciūt i arido qd fiet? Ducebant aūt et alij duo nequā cū eo vt iterficerentur. et postq̄ȝ venerūt i locū q vocat caluarie ibi crucifixerūt eū: et latrones: vnū a dxtris: et alterum a sinistris. Jesus au᷑ez dicebat

c Filie hyerusalem ꝛc.) quia non solū aliq̄ de galilea secute fuerāt ipm: sed etiā alique de hierusalē sibi adheserāt per deuotionē. d Nolite flere ꝛc.) nō ꝓhibet cōpassionē: sȝ p̄dicit aliā luct⁹ causaȝ in obsidione hyerusalem futuram per Titum ꝛ vespasianum: ideo subdit. e Quoniā ecce dies veniet) .s. quadragesimo. scdo anno p⁹ passionē xp̄i in quo fuit dcā obsidio. f Beate steriles) qꝛ agiliores erunt ad fugiēduȝ q̄ grauide. g Et vētres qui non genuerunt). qꝛ mulieres habentes pueros in obsidione fuerūt anxiate non solum pro se sed etiaȝ pro pueris suis ꝛ alique pre famis anxietate proprios pueros comederunt: secunduȝ q dicit Josephus lib. de iudaico bello.

h Tūc icipiēt dicere mōtib⁹ ꝛc) qꝛ aliq pre horrore misie q̄ tūc fuit i pplo iudeorum: dicebāt ad montes: cadite sup nos. i Quia si in viridi ꝛc.) christus hic dr lignum viride faciēs fructum: ꝛ p ꝯseqns indignū abscisione per mortē: populus

P̄r dimitte illis nō enī sciūt qd faciūt[a]. Diuidētes v̇o vesti mēta ei⁹ miserūt sor tes. Et stabat ppl's expectās: ⁊ deride bāt eū pricipes cuz eis dicentes. Alios saluos fec̄ seip̄z sal uuz faciat: si h̄ xp̄s dī elet⁹. Illudebant ăt ei ⁊ milites acce dētes ⁊ acetū offerē tes ei dicētes. Si tu es rex iudeorū saluū te fac. Erat ăt ⁊ sup scriptio sc̄pta sup eū līis grecis ⁊ latinis ⁊ hebraicis[b]. H̄ ē rex iudeorū. Un⁹ ăt de his q pēdebāt latrōi b⁹ blasphemabat eū dicēs. Si tu es xp̄s: saluū fac teip̄z ⁊ nos Rn̄dēs ăt alter icre pabat eū dicēs. Ne

q̄z tu times deum[c] Qui i eadē dānatiō ne[d] es ⁊ nos qdē iu ste: nā digna fc̄is re cipim⁹: hic v̇o nihil mali gessit. Et dice bat ad ih̄z. Dn̄e me mēto mei[e] Cū vene ris i regnū tuū[f]. Et dixit illi ih̄s. amē di co tibi: hodie mecū eris i p̄adiso[g]. Erat ăt fere hora. vi. ⁊ te nebre fc̄ē sunt i vni uersā terrā vsq̄z i ho rā nonā. et obscura t⁹ ē sol. Et velum tē pli scissuz ē mediuz. et clamās voce ma gna ih̄s ait. p̄r i ma nus tuas comendo sp̄m meum[h]. et hec dicēs expirauit. Ui dens autē[i] Cēturio qd factū fuerat[k] glo rificauit deū dicēs[l]

ăt iudaic⁹ h̄ dr̄ lignū aridū ifructifex ⁊ p̄ pn̄s dignū abscissiōe p̄ mortē ⁊ cōbustio nē gehēne: q̄ ē pena extrema ⁊ maxima. a P̄r dimitte illis q̄ nesciūt qd faciūt) erāt eni ibi aliq simplices ⁊ illr̄ati a sacer dotib⁹ inde orū decepti: q p̄sequebā tur xp̄z zelo legis: ⁊ pro istis orauit xp̄s. Alij ăt erāt lr̄atiqui ip̄m p̄babi liter eē xp̄m nouerāt seu agnoscere d̄ buerāt s̄z ex odio ⁊ inui dia fuerūnt excecati ⁊ ip sum p̄secuti sunt vsq̄z ad mortē: ⁊ p̄ il lis nō orauit b Erat aūt sup̄scriptio scripta super eū līis grecis latinis ⁊ he braicis) q̄ iste erāt tres lingue p̄nci pales: vt oēs possētlegere c Neq̄z tu times deū q i eadē dāna tiōe es) qua si dicat licet hoies non ti mueris: tn̄ d̄ beres deū ti mere maxi me in articulo mortis in quo tu es: ideo subditur. d Qui in eadez damnatiōe es) scilicet mortis. e Memento mei dn̄e) magna fides huius latronis. q nec propter acerbitatem pene quam sustine bat nec p̄pter infirmitatē carnis quā in

xp̄o videbat cōfessionē vere fidei omisit. f Cū veneris i regnū tuū) manifeste p̄z qd nō loquebat de regno t̄pali: s̄z eterno id subdit. Hodie mecū eris i p̄adiso) nō accipit hic paradisus pro orto volupta tis nec p̄ ce lo empireo: sed p̄ fruitio ne btā quaz habuerūt sā cti patres in morte christi qui erant in lymbo detē ti: statim cuz eius anima descēdit ad eos ⁊ eadez die illuc de scendit ani ma illius la tronis facta p̄ticeps btē fruitionis. h In ma nus tuas co mēdo spiri tum meuz) ostendens q̄ in articulo mortis ma xime debe mus recur rere ad deū i Uidēs ăt Centurio) q erat cōstitu tus ad custo diendū chri stum in cru ce quousque expirasset. k Quod factum fuerat) sc̄z miracula in xp̄i passio ne facta: vtpote terremotus: scissio petra rum: obscuritas solis supernaturalis: et q̄ cuz clamore magno expirasset: quod non poterat fieri virtute nature. l Glificauit deū) fidei cōfessione dicēs

Vere hic hō iustus erat[a]. Et oīs turba eorum qui simul ad erant ad spectaculū istud. Et videbant que fiebant percutientes pectora sua reuertebantur[b]. Stabant autē oēs noti eius a lōge[c]: ꝛ mulieres que secute euȝ erāt a galilea hec vidētes. Et ecce vir[d] noīe Joseph q erat decurio[e] vir bonus ꝛ iustus. Hic nō cōsenserat cōsilio ꝛ actibus eorū[f]: ab arimathia[g] ciuitate iudee qui expectabat ꝛ ipse regnum[h] dei. hic accessit ad Pilatum[i] ꝛ petijt corpus iesu: ꝛ depositū inuoluit ī syndone[k] ꝛ posuit eū ī monumēto exciso[l] in quo nōdū q̄sq̄ȝ posit⁹ fuerat[m]

a Vere hic hō iustus erat) Math. xxvij dicit vere filius dei erat iste. Dicenduȝ q̄ vtrunq̄ȝ dixit Centurio sed Math. exp̄ssit vnum Lucas aliud de altero tacendo.
b Percutiētes pectora sua) penitētes ꝛ dolentes de xp̄i persecutione ꝛ isti fuerunt qui a p̄ritis decepti fuerāt vt predictum est.
c Stabāt autē omnes noti eius a longe) cōtrariuȝ videtur Joānis. xix. cap. vbi dicitur. Stabāt iuxta cruceȝ iesu mat̄ ei⁹ ꝛ soror matris eius ꝛc. Respondet Augustinus q̄d non erant immediate iuxta illā p̄pter turbaȝ comprimentem nec ita longe quin possent eum videre: ideo possunt dici fuisse longe ꝛ prope diuersis respectibus.
d Et ecce vir(Hic describitur deuota christi tumulatio que fuit solēnis ꝛ p̄ciosa lȝ mors fuerit ignominiosa: prout de vtroq̄ȝ fuerat p̄phetizatū per Esaiam sicut plени⁹ fuit declaratū Math. xxvij. ca.
e Decurio). i. existens de curia scilicet p̄sidis vel imperatoris.
f Hic non consenserat consilio ꝛ actibus eorū). s. aliorum iudeorū christū persequentium.
g Ab arimathia) Ista ē ciuitas que vocata est ramata de qua fuit helchana pater Samuelis vt habetur primi Regū primo cap:
h Qui ꝛ ipse expectabat regnū dei) non temporale ꝛ terrenū sed celeste ꝛ eternuȝ.
i Hic accessit ad Pilatum) erat enim de curia ꝛ propter hoc habebat maiorem accessum.
k Et depositū inoluit ī syndone) idest in panno lineo: ꝛ ex hoc ordinatum est q̄ corpus xp̄i nō cōsecrat̄ nisi sup pannū lineū.
l Et posuit eū in monumento exciso) idest in vno lapide cōcauato: s̄m quātitatē hoīs: ne si ex pluribus lapidibus esset factum posset dici a iudeis q̄ suffossuȝ fuisset sepulchrū ꝛ corpus inde sublatuȝ.
m In quo nondū quisq̄ȝ positus fuerat) ne posset dici q̄ ille q pri⁹ ibi fuisset sepultus resurrexisset ꝛ nō christus.

¶ Expositō moralis luc. xxi. capitulo

Appropinquabat autē dies festus iudeoꝝ ꝛc.) exponatur sicut supra math. xxvi. ꝛ Marci. xiiij. (Intrauit autem sathanas in iudaȝ ꝛc) Jam ante intrauerat cuȝ esset fur ꝛ loculos habens: vt dicitur Joannis. xij. Sed tunc intrauit ad ipsum amplius possidendum ex quo patet quod in omni mortali peccato diabolus intrat hominem vt ipsum de nouo possideat vel amplius quā ante(Et abijt ꝛ locutus est cuȝ p̄ncipibus sacerdotuȝ ꝛc. Exponat̄ sicut supra Matthei. xxvi. Marci. xiiij(Et ait illis desiderio desideraui hoc pascha mādūcare vobiscum ꝛc) Hoc est eucharistie sacramentum q̄ nos per fidem spiritualiter manducamus ꝛ ipse manducat nobiscum incorporando nos sibi p istud sacramentum. Quod alloquens Augustinus dicit. Cibus es grandium non mutaberis in me sed tu me mutabis in te. Cetera moraliter sunt exposita. Matthei. xxvi. (Facta est ꝛ contentio inter eos q̄s eorū videretur esse maior ꝛc) Similis cōtentio frequēter fit in ecclesia p dignita-

tibus obtinendis ⁊ non solum inter se-
culares sed etiam inter regulares diviti-
as habentes: sicut canes contendunt ad
obtinendum os carnibus ⁊ medullis re
pletum propter quod viliores canibus
videntur ⁊ religiosi mendicantes qui ꝑ
officijs presidendi cōtendunt ꝙ nihil an
nexum habeant nisi miseriam ⁊ laborez
ꝑpter quod ad repellendum talē ambi-
tionem subdit salvator (Sed qui maior
ē in vobis ⁊c. vos autez estis qui permā
sistis mecū ⁊c) permanentibus eniz fir-
miter in tribulationibus cum ipso dispo
nit fruitionem beatam in celesti regno
(Ait autē dominus symoni. Ecce satha
nas expetiuit vos ⁊c.) Per hoc patet ꝙ
diabolus fideles tentare non potest nisi
ex dei licentia: sicut de sancto Job dicitur
Job primo capitulo (Ut cribraret sicut
triticuz) Ex hoc habetur ꝙ diabolus ho
mines sanctos magis satagit concutere
tentationibus q̄ alios. Unde refert Gre-
gorius in dialogo: quod ille diabolus q
per magnum tempus Andream episco-
pum tentando de quadam muliere ipm
ad hoc induxerat ꝙ illius mulieris ter-
gum blādiendo manu percusserat: plus
fuit a suo principe commendatus: q̄ ille
qui procuraverat homicidiuz ⁊ alia mul
ta mala (Ego autem rogavi pro te vt nō
deficiat fides tua) Crisosto. Non autem
dixit rogavi vt non neges sed vt fidē nō
deseras: nā ⁊ si paululum agitandus sis:
habes tamen reconditum semen fidei.
(Et tu aliquando conversus ꝯfirma fra
tres tuos) Nam illi qui consecuti sunt a
deo donum misericordie debent quan-
tum possunt in bono ceteros corrobora
re (Qui dixit ei domine tecum paratus
sum): Exponat vt supra Matthei. xxvi.
capitulo. Et marci. xiiij. (Et dicit eis quā
do misi vos sine sacculo ⁊c.) quando
missi fuerunt apostoli ad predicandum si
ne provisione aliqua necessariorum fuit
divinitus eis laute provisum qr nihil eis
defuit: vt dicitur in textu. Quando vero
relaxatum fuit illis sibi providere de ne-
cessarijs in via: passi fuerūt penurias mul
tas: vt patet in actibus apostolorum et
in legendis eorum: hoc autem fuit ad dā
dum fiduciam pauperibus predicatori-
bus exequendi constanter officium pre
dicandi (Vendat tunicam suam vt emat
gladium) Gladius spiritus est dei verbū
in sacra scriptura contentum pro quo e-
mendo in sacre scripture studio venden-
da est tunica. idest exteriora bona sunt ex
ponenda: hec est illa margarita pro cuius
emptione omnia sunt vendenda vt dici-
tur matthei. xiij. ⁊ sapien. viij. Omne au-
rum in comparatione illius harena ē exi
gua: ⁊ tanq̄ lutum estimabitur argētum
in comparatione illius. Sacra vero scri
ptura continetur in duobus testamentis
Ideo subditur (Ecce duo gladij hic) Et
quoniam sufficiunt ad omnem falsitatez
fidei contrariaz destruendam sequitur.
(Satis est) Et egressus ibat ⁊c.) scilicet
ad locum vbi sciebat traditorem ventu-
rum ⁊ obtulit primo spiritum per ferno
rem orationis ideo subditur (Et factus
est sudor eius sicut gutte sanguinis decur
rentis in terram) ex fervore orandi: ⁊ ex
apprehensione imminentis tormēti (Et
cum surrexisset ab oratione ⁊c) expona
tur sicut matthei. xxvi. capitulo ⁊ Marci
xiiij. vsq3 ibi (Et cum tetigisset auriculaz
eius sanavit eum) sicut precisio auricule
servi pontificis significavit inobedientiā
iudaici populi ad christum sic eius sana-
tio significat eius obedientiam circa finē
mundi: quia tunc tanget christus sua cle
mentia corda iudeorum (Comprehēden
tes autem eum ⁊c) Exponatur sicut mat
thei. xxvi. capitulo, ⁊ marci. xiiij. vsq3 ibi.
(Et vt factus est dies ⁊c (Exponatur sicut
matthei xxvi. capitulo. ⁊ marci. xiiij. (Et
ait illis si dixero vobis non creditis mi-
hi. ⁊c) Homines enim in malis obstina-
ti veritatem dicentibus non credūnt: nec
interrogati de veritate respondent: nec
ad bonam persuasionem: a nequitia sua
cessant ⁊ tales erant isti. Residuum hu-
ius capitu. exponatur, sicut matth. xxvi

capitulo. ⁊ Marci. xiiij.
¶ Alia expositio moralis. Luc. xxij.

Et surgens multitudo eorum ⁊c.) se-
quitur (hunc inuenimus subuerten-
tem gentem nostram ⁊c.) Ista ꝯtra chri-
stum proposita: erant simpliciter falsa ꝓ-
pter quod (Pilatus respondit. Nihil in-
uenio cause in hoc homine) sed hic ē mo-
dus iniquorum ꝙ per mendacia querūt
cōdemnationem iustorum: ex hoc etiā
patet ꝙ aliquando iustius agitur in cu-
ria laycali: quam clericali. Principes enī
sacerdotum christum condemnauerunt
tanquam mortis reum quem pilatus ꝓ-
nunciat innocentem ⁊ iustum: ⁊ sic ho-
die fit in pluribus locis ꝙ homicide no-
torij qui per secularem iudicem suspen-
derentur: per ecclesiasticum iudicem in
magnum populi scandalum liberantur.
(At illi inualescebant ⁊c.) sic faciūt ma-
ligni querentes obtinere per clamorem
ꝙ non possunt per rationem (Herodes
autem viso iesu gauisus ē ⁊c) ꝑ hoc autē
ꝙ christus coram herode incestuoso ⁊ ho-
micida noluit facere miraculum: nec su-
is iterrogationibus respondere: signifi-
cauit ꝙ tales digni non sunt opera vide-
re diuina nec eius habere respōsa (Spre-
uit autem illum herodes ⁊c) sicut hodie
sectatores christi a malis hominibꝰ sper-
nuntur ⁊ ab eis fatui reputantur (Et fa-
cti sunt amici herodes ⁊ pilatus ⁊c) hoc
fuit signum ꝙ iudeorum pricepes ⁊ roma-
norum conuenirent in persecutione chri-
stianorum: cetera exponuntur sicut mat-
thei. xxvij. ⁊ marci. xv. vsqꝫ ibi (Filie hie-
rusalem nolite flere super me: sed super
vos ⁊c.) Secundum sensum litteralem
fletus ad quem induxit christus mulie-
res fuit propter miseriam per romanos
super iudeos venturam: et illa miseria
figura fuit miserie super incredulos ven-
ture per spiritus malignos pro cuiꝰ eua-
sione flendum est ⁊ orandum ante termi-
num huius vite (Ducebantur autem et
alij duo nequam cum illo ⁊c. Hoc autē
ad litteram procuratum fuit per princi-
pes iudeorum vt a vulgaribus christus
participasse videretur in criminibus eo-
rum ⁊ sic ipsi viderentur iuste mortem
eius procurasse. ⁊ sic frequenter faciunt
maligni querentes cooperire suā nequi-
tiam per infamiam iusti. (Et postq̄ vene-
runt in locum qui vocatur caluarie ⁊c)
Exponatur sicut matthei. xxvij. capitu. ⁊
marci. xv: (Jesus autem dicebat: pater
dimitte illis ⁊c) Beda. Neqꝫ putandum
est eum hoc frustra orasse: sed in eis qui
post eius passionem crediderunt ꝙ ora-
bat impetrasse. Notandum sane ꝙ si pro
eis orat qui quem filium dei intellexerūt
magis crucifigere q̄ꝫ confiteri maluerūt
sed pro eis qui nescierūt ꝙ fecerunt zelū
dei habentes: sed non secundum scientiā
vnde subdit (Non enim sciunt quid faci-
unt) Cetera exponantur sicut matthei. x-
xvij. ⁊ marci. xv. vsqꝫ ibi (Unus autem
de his qui pendebant latronibus ⁊c. per
istos duos significantur illi qui pro pec-
catis suis expiandis cum xp̄o crucifigun-
tur per professionem in religione factā:
sed aliqui reuertuntur actu ⁊ si non habi-
tu ad vitam secularem de quibus dicitur
Roma. secundo cap. Nomen dei ꝑ quos
blasphematur inter gentes quia scanda-
lizant seculares ⁊ isti significantur per la-
tronem blasphemantem. Alij vero pro-
fessi crucē penitentie per patientiā deuote
sustinent ⁊ isti significant̄ ꝑ latronē xp̄m
confitentem ⁊ eius gratiam postulantē:
propter qđ sibi dicit̄ (Hodie mecum eris
in paradiso) quia tales iam xp̄i sunt per
gratiā ⁊ erūt ꝑ gloriā in futuro (Erat aūt
fere hora sexta ⁊c) Exponatur sicut mat-
thei. xxvij. cap. ⁊ mar. xv. (Pater in ma-
nus tuas commēdo spiritū meū) In hoc
enim docuit nos semper deo cōmendare
spūs nr̄os quoꝝ corpa quotidie tendunt
ad mortem ⁊ horam penitus ignoramꝰ.
(Uidens autem centurio qđ factum fue-
rat ⁊c. per hoc autē ꝙ iste gentilis confes-
sus fuit xp̄m tā clare significata fuit glorio-
sa confessio gentiliū in eorū conuersione
⁊ duritia iudeorum in infidelitate. Am-

brosius. Duriora saxis pectora iudeorũ
iudex arguit: credit minister: ꝓditor sce/
lus suum morte condemnat: elementa
fugiunt: terra concutitur: monumenta
reserantur: iudeorum tamen auaritia i/
mobilis atq; duritia manent orbe con/
cusso. (Et ecce vir nomine Joseph ⁊c.)
exponatur vt supra Matth. xxvij. capitu
lo. ⁊ marci. xv.

¶ Qestio fratris Antonij Betõtini. Cal/
caui eos in furore meo: ⁊ cõculcaui eos
in ira mea. Jsay. lxiij. ca. Super quibus
verbis queritur. Utrum peccator sumẽs
corpus dñi cum cõsciẽtia peccati morta/
lis: sumat corpus domini damnabiliter
Ad ꝙ respondet ſm Alexanum quod
nemini dubium esse debet ꝙ q cum con/
scientia peccati mortalis suscipit corpus
christi peccet mortaliter ⁊ in suam dam/
nationẽ cõmunicet Proinde aps. j. ad
Cor. xj. ca. dicit. Qui mãducat ⁊ bibit in
digne iudicium sibi manducat ⁊ bibit. s.
cõdemnationis. Quidam tñ doctores d
cõscientia distinguunt dicentes ꝙ aliqui
habent conscientiam scrupulosam sicut
illi qui fantastice: ⁊ sine aliqua ratione ti
ment de leui delectatione ꝙ fuerit culpa
mortalis: ⁊ hi cõmunicãdo nõ peccãt: qꝛ
talis consciẽtia ſm Petrum de tarẽtasio
tanꝙ vana ⁊ erronea abijci debet. De his
enim scriptum est. Jllic trepidauerunt ti/
more vbi nõ erat timor. Tantum vexant
ꝓculdubio tales timore nocturno d quo
ꝓpheta dicit. Non timebis a timore no/
cturno. De nocte timet homo magis er/
rare ꝙ de die: eo ꝙ sepe rupes ⁊ arbores
creduntur hostes: sic ⁊ talis conscientia
timet ea que non sunt timenda. Unde in
persona huius ꝓpheta dicit. Collocauit
me in obscuris sicut mortuos seculi. i. si/
cut qui in seculo mortaliter peccãt: ⁊ an/
xiatus est super me spũs meus in me tur/
batum est cor meum. s. timore iani. Aliq
habent cõscientiam dubiosam quando
scilz timent probabili ratione morosam
delectationem habuisse ⁊ mortalem con
sensum. hi cõmunicando ſm eundẽ do/
ctorem mortaliter peccant: quia a cõtra/
rio sensu non trepidauerunt timore vbi
erat timor. Aliqui habent conscientiam
illuminosam idest cecam: quia habẽt pec
catum mortale: ⁊ non aduertunt vt con
scientiam non discurrant. ¶ Unde scien
dum ꝙ duplex est conscientie examina/
tio scilz sufficiens ⁊ deficiens. Nam pmo
aut quis cõmunicaturus diligentissime
conscientiam suam examinauit consulẽ/
do peritos: ⁊ sic cõmunicãdo non peccat
sed remissionem peccatorũ etiam si qua
latent accipit ⁊ meretur. Aut probabilia
examinauit ⁊ confessus est: ⁊ sic etiam
meretur: licet non tantum: aut virtute sa
cramenti oblita peccata ad memoriam
reducit aut ista negligenter facit: ⁊ cum
negligentia se preparauit: ⁊ sic mortali/
ter peccat ⁊ demeretur: facit enim contra
dictum apostoli ad Cor. xj. cap. dicentis
probet seipsum homo scilicet diligenter:
⁊ sic de pane illo edat. Sed forte aliquis
contradiceret: quia eccle. ix. cap. scriptuz
est. Nescit homo an amore vel odio di/
gnus sit. Et psal. dicitur. delicta quis intel
ligit. Ad quod dicitur ꝙ non requiritur
ad peccati periculum precauendum con/
scientie certitudo: sed probabilis conie/
ctura: cuius sunt quattuor signa ſz Ber.
Primum est preteritorum peccatorũ cõ
tritio. Secundum est abstinendi proposi
tum. Tertium bene operandi prompti/
tas: ⁊ quartum diuini verbi deuota audi
tio. Aliqui preterea videntur habere cõ/
scientiam fatuosam: quia contriti ⁊ non
confessi ad sacram cõmunionem acce/
dunt. ¶ Circa quod aduertendum est:
ꝙ tales aut habent copiam sacerdotis: ⁊
confitendi tempus ad liberam loquelaz
⁊ tunc mortaliter peccant sine confessio/
ne communicando: quia ad hoc sacra/
mentum ſm iudicium ecclesie requiritur
ipsius ecclesie reconciliatio. Proinde hu
go de sancto victore libro de potestate li/
gandi ⁊ soluendi capi. xxj. dicit. Si abs/
q; sacerdotis absolutione crimiosus ad
cõionẽ corpis xpi accedit ꝓcerto iudiciũ
sibi mãducat ⁊ bibit: etiã si eũ añ multuz
peniteat: etiã si vehemẽter doleat ⁊ igemi
scat. Aut vo pdicta nõ habet: ⁊ tunc di/

ſtinguendum eſt: quia aut iminet aliqua
neceſſitas celebrādi ⁊ cōicandi timendo
ſcandalū pſone ꝓprie. ſ. populi vel iam ce
perunt ſacrum myſterium: vel amiſerūt
loquelam: ⁊ tūc non peccant cōmunican
do cōtriti: cū
ꝓpoſito ꝯfi/
tendi: aut nō
imiuet neceſ/
ſitas: ⁊. tunc
peccāt. Hec
ſm Ric. per.
⁊ Scot. Et
ſciendum eſt
ſm eundem
doctoré ſub
tilem diſtin/
ctione. ix. quarti ſententiaꝝ voluīs ꝙ
ſimiliter eſt intelligendum de alio cōmu/
nicaturo: qui conſtitutus ante ſacerdoté
cum alijs cōmunicandis: recordaſ mor
talis criminis non confeſſi: poteſt cōtri-
tus cōmunicare cū ꝓpoſito confitendi.
Aliqui habent conſcientiam prauoſam
⁊ damnoſam ſeu temerariam ſcienter ſu
mentes corpus domini in peccato mor/
tali qui propter indignitatem incurrunt
xij. maledictiones. Prima dicitur. Illa/
queationis. Secunda retributionis. Ter
tia ſcandalizationis. Quarta executio/
nis. Quinta icuruationis. Sexta irrita
tionis. Septima conturbationis. Octa/
ua abbreuiationis. Nona priuationis.
Decima multiplicationis. Undecima in/
durationis. Duodecima damnationis.
Quas omnes maledictiones propheta
pſal. lxviij. tangit dicens. Fiat menſa eo/
rum coram ipſis in laqueum ⁊ i retribu
tionem ⁊ in ſcandalum. Obſcurentur
oculi eorum ne videant: ⁊ dorſum eius
ſemper incurua. Effunde ſuper eos iram
tuam: ⁊ furor ire tue comprehendat eos
Fiat habitatio eorum deſerta: ⁊ in taber/
naculis eorum non ſit qui inhabitet.
Quoniam quem tu percuſſiſti perſecuti
ſunt: ⁊ ſuper dolorem vulnerum meo/
rum addiderant. Appone iniquitatem
ſuper iniquitatem eorum: ⁊ non intrent
in iuſticiam tuam. Deleantur de libro vi/
uentium: ⁊ cum iuſtis non ſcribantur.

¶ Feria quinta in cena domini. Euā/gelium ſecundum Joannem. xiij. ca/pitulo.

Ante diem feſtū [a] paſce ſciens Jeſus[b]: quia vēit hora eiꝰ[c] vt tranſeat ex hoc mūdo ad patrē[d]

Hic euangeliſta icipit deſcribere mor
tem chriſti qualiter morte ſua im
minente animos diſcipulorum confor/
tauit. ⁊ hoc
exemplis: et
diuiditur in
tres: quia p̄/
mo factum
deſcribitur.
ſecundo eius
vtilitas oſté/
ditur ibi. Ue
nit ergo ad
Symonem.
Tertio facti
imitatio diſcipulis indicitur: ibi. Poſtꝗ̄
ergo. Prima in duas: quia primo p̄mit/
titur affectus chriſti ad diſcipulos. Secū/
do per factum inſtruit ipſos ibi. Et cena
facta. ¶ Circa primum ſciendum ꝙ affe/
ctus chriſti ad diſcipulos premittitur vt
eius factum magis gratum oſtendatur
⁊ diſcipuli eius libentius inuitentur. Di/
cit ergo ſic. a Ante diem feſtū,
ſcilȝ. xiiij. luna in cuius veſpera immo),
labatur agnus ⁊ incipiebat ſolénitas pa
ſchalis que celebratur luna. xv. ⁊ ſcdm
hunc modum in eccleſia ſolennitates i/
cipiunt a veſpere precedentis diei.
b Sciēs ieſus) ex quo patet ꝙ nō
ignorās: nec inuoluntarius venit ad paſ/
ſionem: ſed volūtarie obediēs deo patri.
c Quia venit hora eius) non fatalis
ſed a deo patre determinata: ⁊ hoc conue
nienter vt immolatio agni qui tollit pec/
cata mūdi imediate poſt imolationem
agni figuralis ſequeretur: ⁊ ſic veritas fi/
gure reſponderet. d Ut trāſeat ex
hoc mūdo ad patrē) Dicebaſ eni paſcha
iudeoꝝ trāſitus eo ꝙ tūc angelus trāſiuit
per egyptum interficiēs p̄mogenita egy/
ptiorum: ⁊ filios iſrael ſeruans: ⁊ ſimili/
ter paſcha chriſtianorum dicitur tranſi/
tus inquantum filius dei tranſijt p morté
ad patré: non per loci mutationem: ſed
ſicut dicitur a patre veniſſe aſſumēdo no
ſtraȝ naturā mortalem: ita diciſ ad patrē

cum dilexiſſet ſuos[a] qui erāt i mundo: in finem dilexit eos[b]. ⁊ cena facta[c] cuz diabolus iam miſiſſet i cor vt traderet eū iudas ſimonis ſcha‑riotis[d] ſciens ieſus: qꝛ omnia dedit ei pr̄ in man⁹[e]. ⁊ qꝛ adeo exiuit. ⁊ ad deuz vadit[f]. Surgit a cena[g] ⁊ pōit veſtiīnta ſua[h] ⁊ cum accepiſſet lintheū p̄cinxit ſe[i]. De īde miſit aquā i peluim[k]: ⁊ cepit lauare pedes diſcipulorum ſuorum ⁊ extergere lintheo quo erat pre‑cinctus. Uenit ergo ad ſimonem petrū[m] ⁊ dicit ei petr⁹ Dn̄e tu mihi lauas pedes[n]

rediſſe faciendꝰ ipm̄ conſortem paterne glorie p̄ imortalitatē in ſua reſurrectione
a Cum dilexiſſet ſuos). In quo oſten‑ditur eius dilectio gratuita: quia prior dilexit ſuos oſtenditur diſcreta quia iſta dilectio ſpālis non fuit ad oēs: ſꝫ ad ſibi familia‑res cuiuſmodi erāt apl̄i q erāt in mun‑do oñditur hec dilectio necāria: qꝛ apoſtoli re‑manētes in piculo mundi idigebant cōſolatiōe diuina.
b In finez dilexit eos) ideſt in morte ſpecialia ſigna dilectiōis oñdit vel alr̄.
b In finē).i. pfectā aiaꝫ ſuā p eiſ ponēdo
c Et cena facta). hic deſcribitur imita‑bile factū. ſ. lotio pedū diſcipulorum ſuorum: vbi premittitur tempus ⁊ modos huius lotionis cum dicitur.
c Et cena facta) nō eſt intelligenda ꝙ eſſet totaliter completa: quia poſtea dr̄: ⁊ cū recubuiſſet: ſed erat facta quātum ad hoc quādo comederant agnum paſcha‑lem: ⁊ tūc ſurrexit ad lauādū pedes diſcipulorꝫ ſuorū: anteꝙ̄ daret eis ſui corporis ſacramētū ad deſignādū ꝙ ſpiritualis mundicia requiritur ad percipiēdū ipm̄.
d Cum diabolus iam miſiſſet in cor vt traderet eum iudas ſimonis ſchariotis) die enim precedenti cum eum vendide‑rat ſuggeſtione diaboli hanc proditio‑nem in cor ipſius mittentis.
e Sciens ieſus: qꝛ omnia dedit ei pater in manus) ex quo patꝫ in xp̄o plenitudo ſcientie ⁊ poteſtatis.
f Et qui adeo exiuit: ⁊ ad deū vadit). hoc iā ſupra expoſitū eſt qualiter dicit ſi‑lius a patre exiſſe ⁊ ad deū redire.
g Surgit a cena qꝛ miniſtrare volebat

h Et ponit veſtimēta ſua).i. deponit vt cōuenientius hoc miniſteriū exhiberet.
i Et cū accepiſſet lintheū precinxit ſe) ⁊ ſic ad lauanduꝫ ſe optime diſponit nihil obmittens de his que ad iſtud officium regruntur: ⁊ ſeqtur ſim‑plex humili‑tatis miniſterium cuꝫ dr̄.
k Dein̄ miſit aquam in peluiꝫ) proprijs manibus non per miniſteriuꝫ aliorꝫ. (Et cepit lauare pedes diſcipulorꝫ ſuorꝫ) lutoſos qꝛ diſcalciati incedebant.
l Et exter‑gere lintheo quo erat precinctus). vt impleret humilitatis officium.
m Uenit ergo). hic oſtēditur huius facti vtilitas. ⁊ oſtēditur ex quadā concertatione petri ⁊ xp̄i p quod oñditur factū eſſe miſticum: dicit ergo.
m Uenit ergo ad ſimonē petrū) ſcdꝫ origenē lotis alijs diſcipul' venit vltio ad petrū qꝛ cepit lauare a minorib' ex hoc ſumens argumētū qd̄ dr̄. Cepit lauare pedes diſcipulorū ſuorū: ⁊ poſtea ſubdit: venit ergo ad ſimonē per hoc oſtēdens ꝙ alij iā erāt loti: ſꝫ nō videt̄ veriſimile ſi tranſiſſet p oēs alios qn aliqs eorꝫ vel plures recuſaſſent hāc lotionē ſicut ⁊ petrus: ⁊ ideo alij doctores dicunt. ꝙ primo venit ad petrū ꝓpter qd̄ alij diſcipuli audita reprehenſione petri. de hoc ꝙ recuſauerat eius lotionem non fuerunt auſi eam vltra recuſare. ꝙ ergo dicit euangeliſta. cepit lauare. ⁊ poſtea ſubdit. Uenit ergo ad ſimonem nō eſt p hoc intelligendum ꝙ alios lauerit an̄ ipm̄: ſꝫ euāgeliſta p̄us dicit factū in generali poſtea explicat modum in pticulari incipiens a petro.
n Et dic̄ ei petr⁹. dn̄e tu mihi lauas pedes

idest vis lauare mihi peccatori tu q es filius dei. q.d. nullo modo decet. sic v̄bum dixit in p̄ncipio sue cōuersionis. Luc. v. cap. Exi a me dñe q2 hō peccator ego sū.
a Respōdit iesus & dixit ei. q ego facio tu nescis mo do). q.d. nō solū hoc facio p̄pter pedū corp̄aliū emūdationē sz pp hūilitatis eruditionē vt postea exposuit. iō subdit.
b Scies āt postea). per hāt designauit mūditiaz pedum spiritualiū q sūt affectus mētis que regri tur in eucharistie perceptione.

Respōdit iesus. & dixit ei[a]. Quod ego facio tu nescis mō: scies aūt postea[b]. dicit ei petrus[c]. Nō lauabis mihi pedes i eternū. Rñdit ei iesus. si nō lauero te. nō hēbis partē mecū[d]. dic ei simon petr[e]. dñe nō tātum pedes meos: sed & man9 & caput. Dicit ei ies9[f]. q lot9 ē nō idiget: nisi vt pedes lauet[g]. sz ē mūd9 tot9. Et vos mūdi estis. sz nō oēs. sciebat eni quis. nā eēt qui traderet eū. Propterea dixit. Non estis mūdi omnes. Postq̄ ergo[h] lauit pedes eoruz acce pit vestimēta sua[i].

nem istam ptiū itelligitur totū corpus. est igitur sensus. domine nō tm̄ &c. q.d. p̄us sustinerē a te totū corp9 lauari q̄ a te separi. q2 q̄uis eēt durū petro sustinere seruitiuz magistri. tamē grauius erat ei ab ip̄o separi. vnde dr̄ i iterario clemētis qđ qñcūq3 Petrus memor erat dulcissime societatis xp̄i resoluebat i lachrymas. ita qđ facies eius adusta videbatur ex frequēti lachrymarū fluxu.
f Dixit ei iesus q lot9 ē). per baptismuz. ex quo accipit q apostoli fuerūt baptizati a xp̄o vt dictum est. iij. cap.

c Dicit ei petr9. nō lauabis mihi pedes i eternū). i. nūq̄ lauabis. ac si diceret: ego nullo mō sustinerē: sz autē petrus faceret hoc bono zelo. tn̄ idiscrete hoc faciebat q2 cū xp̄s nō posset errare nō debebat voluntati ei9 aliquo mō resistere. iō seqtur.
d Rñdit ei iesus si nō lauero &c) si hoc itelligat de lotiōe iterioris macule. lra est plana q2 nullus pōt hr̄e ptē cū xp̄o in gloria celesti nisi lot9 fuerit a macula peccati s̄m qđ scribit Apo. xxi. ca. Nihil coinquinatū intrabit in illā. si aūt intelligat de lotione corp̄ali pedū ip̄ius petri: eodē modo est dicēdū. sicut eni aliqđ est illicitū nō ex natura sua. sz tm̄ quia p̄hibitū. vt patet de esu ligni vetiti p̄mo parēti: ita similiter aliqđ est necessarium ad salutē non ex natura sui. sz p̄pter p̄ceptum dei vel p̄lati. & sic erat in p̄posito. Ex quo. n. xp̄us volebat simpliciter hoc facere petr9 de necessitate salutis tenebat sustinere.
e Dicit ei simon petr9. Domine nō tm̄ pedes meos. sz & manus & caput). Pedes sunt pars corporis inferior manus media. caput superior. & ideo p exp̄ssio

g Nō idiget nisi vt pedes lauet). sz ē mūdus tot9. si. n. aliqs baptizat9 statiz moriatur euolat ad p̄riaz nec idiget aliq̄ alia lotiōe. tn̄ si supuiuat ēt sancte idiget lotiōe pedū sp̄ualiū. i. affectionuz mentis. q2 ex ɔditiōe mortal vite affect9 ei9 aliqñ aliqs maculas ɔtrahit ex tp̄alib9. sz non idiget lauare caput. i. ptē ɔtēplatiuā q̄ itēdit sup̄iorib9 & eternis. nec man9. i. vite actiue opa q̄ i eo sūt fcā. tal āt erat petr9 & ēt alij apl̄i excepto iuda p̄ditore. pp qđ sequitur Et vos mūdi estis. sed non oēs.
h Postq̄ ergo oñsa facti vtilitate i p̄dcā lotōe h̄ iducit discip̄los ad imitādū i ope & diuidit i duas. q2 p̄io p̄positū declarat: scđo ɔfirmat ibi. exēplū. n. đdi. dic ergo.
h Postq̄ ergo lauit pedes eorū). in hoc ostēdit conueniētem modum docendi. In moralibus enim magis mouēt facta quā verba: vt potest haberi ex. x. ethi. & ideo xp̄s doctrine de hūilitate premisit humilitatis factum. i Accepit vestimēta sua). sicut. n. ad ministrādū ɔgrue debēt vestimēta deponi: ita ad docendū ho

ueste debēt assumi ppᷓ qḋ magři solēt legere i habitu ad hoc disposito ⁊ ordiato ſm dispositionē facultatis sue.
a Et cū recubuisset iterū (qꝛ sedendo dꝫ doctor docere. Doctrina.n.nō capiꝭ nisi in qete. ꝓpter qḋ dicitꝭ .vij. phisi. Sedendo ⁊ qescendo fit aīa sciens ⁊ prudēs seqꝭ doctria
b Dixit eis scitis qd fecerim vobis.) q.d. vos debetis hoc scire: ⁊ i hoc reddit eos attētos. c Vos vocatis ⁊c̄. bñ dicitis sū eteni) Aliqd.n.dꝭ bñ dictū qñ cōgruit dicēti ⁊ rei dicte. Cō. gruit āt rei dicte qñ sic est i re sicut dꝭ. Cōgruit āt dicēti qñ dicēs talē se oñdit facto qlez verbo vtroqꝫ mō aplī bñ dicebāt: qꝛ sic erat i re ex pte xp̄i q superior erat. Silr ex parte aplo͂ꝝ q facto se ei subijciebāt sicut ⁊ verbo. ꝓpter qḋ ꝯtra discipulos solo verbo dꝭ Math.vij.c. Multi dicēt mihi in illa die: dñe dñe nōne in noīe tuo ꝓphetauim⁹: ⁊ tūc cōfitebor illis qꝛ nunq̄ noui vos ⁊c̄. Ex p̄dictis cōcludit saluator intentū dicēs. d Si ergo ego laui pedes ⁊c̄.) mlto forti⁹ (Debetis alter alteri⁹ lauare pedes) p hoc itelligiꝭ qḋlibet pietatis ⁊ humāitatis officiū ꝓximo ipensuꝫ ad qḋ ipendendū qlibet teneꝭ in casu necessitatis: extra aūt talē casū teneꝭ debito honestatis ⁊ cōgruitatis. e Exemplū) Hic cōfirmat cōclusionē p̄dictā exēplo dicēs. f Exēplū.n. dedi vobis ⁊c̄. q.d. ad hoc feci vt ostēderē vos ad hoc teneri. ❡Expositio moralis.

Ante diē festuꝫ pasche ⁊c̄.) pascha.i. trāsit⁹: ⁊ nos hoc festuꝫ debite celebram⁹ cū a vitijs ad virtutes: vꝭ a minorib⁹ bonis ad maiora trāsim⁹ (i finē dilexit eos) p iesuꝫ q salus iterpretaꝭ bonus p̄lat⁹ significaꝭ: finis aūt vltim⁹ est beatitudo vera q̄ cōsistit in clara dei visione ⁊ ⁊ fruitione pfecta: licet aūt oīs hō debeat ad hūc finē ꝓximū diligere: p̄latus tamē

et cū recubuisset iterū[a] dixit eis. Scitis qd fecerī vob[b]. uos vocat[i]s me magister ⁊ dñe et bñ dicitis[c] Sū etenim. si ergo ego laui pedes v̄ros dñs ⁊ magister: et vos debetis alter alteri⁹ lauare pedes[d]. Exēplū enim dedi uobis[e] vt quēadmodum ego feci vobis ita et vos faciatis.

q est xp̄i vicarius teneꝭ erga suos subdit⁹ hoc facere. (Et facta cena).i. preparata scd̄m sensuꝫ litteralē: nō.n. erat terminata cū xp̄s a cena surrexit ad lauanduꝫ pedes discipulorum vt dicꝭ infra eodeꝫ. patet ergo q iudas cum alijs cenauit ⁊ corporaliter lotus fuit: sic igitur exemplo xp̄i bonus prelat⁹ subditis ēt malis dꝫ exhibere beneficia: vt quātū i se ē eos a sua reuocet vita mala.) Uenit ergo ad Simonē petrū).s. p̄mo ꝓut dcm̄ fuit in expositione lr̄li: ⁊ in hoc xp̄s dedit exempluꝫ superioribus illos inter subditos principaliter honorare: q primi sunt etate vel dignitate. (Dñe tu mihi lauas pedes) quasi dicat hoc indecens est ⁊ nullo modo sustinendū ⁊ in hoc petr⁹ significat discipuluꝫ ignorantē indiscrete loquenteꝫ de facto superioris sui cuius ignorat rationē. frequenter enim contingit q illḋ iudicaꝭ irroabilissimū ab ignorante causam, quod tamen rationabilissimum est secundū veritateꝫ. hoc autem contigit in hoc casu petro (ꝓpter qḋ dicꭓ ei iesus. Quod ego facio tu nescis modo) Et in hoc docemur bene iudicare ⁊ loqui de factis superioris boni: nisi de eo qui permittente deo erraret manifeste. (Si non lauero te: non habebis parteꝫ mecuꝫ) Christus enim non lauabat pedes discipuloꝝ pro corporali mūdatione sed pro exemplo humilitatis docēde propter quod dixit eis. (Exemplum enim dedi vobis ⁊c̄.) q ergo dixit petro: si nō lauero te non habebis partem mecum. Idem est ac si dixisset partem mecū non habebis uisi a me recepis exēpluꝫ humilitatis: ⁊ in hoc facto xp̄s dedit sup̄ioribus ⁊ p̄latis exēplū vere hūilitatis. Postq̄ ergo lauit pedes eoꝝ) p hoc oñdens q superior post actum humilitatis debet resumere debitum exercitium auctoritatis.

¶ Questio fratris Antonij Betontini:

Qui lotus est non indiget nisi vt pedes lauet ⁊c̃. Johannis. xiij. capitulo. super verbis queritur.

¶ Utrum hoc sacramentũ eucharistie inter cetera sublimius habeatur. Ad quod breuiter respondetur ex sententia illuminati doctoris Francisci de maronis. ꝙ hoc sacramentũ non tantũ est ceteris sublimius: sed etiã celebrius atq; digni⁹ omnibus sacramentis noui testamenti. Primo inquit est omnibus sublimius respectu cause efficientis. quia efficitur ⁊ consecratur ab ordine sacerdotali qui est dignior omnibus ordinibus. Licet Dionysius ponat episcopatum vt includit sacerdotiũ: tamen sacerdotiũ per se acceptum vt distinguitur contra episcopatum est incõparabiliter dignius ipso: quia plus est consecrare q̃ quicunq; alius actus. Nobilissimus autem est actus episcopalis inquantum talis confert ordines in quib⁹ homines consecrantur. In hoc vero sacramento consecratur ille qui est verus deus. Unde beatus Franciscus admirãs istam excellentem dignitatẽ monuit presbiteros precunctis revereri: ⁊ ex tanti ordinis reuerentia tenuit esse sacerdos. Secundo est sublimius respectu cause materialis. quia sicut cetera sacramenta versantur circa corpus xp̄i misticũ. Ita istud immediate circa corpus xp̄i verũ: qr hoc consecrat: ⁊ ideo sicut corpus xp̄i verum est dignissimũ vltra misticũ: ita ⁊ hoc sacramentum quẽadmodum theologia prefertur ceteris disciplinis: quia circa dignius subiectũ versatur. Tertio est sublimius respectu cause formalis: qr illa forma in qua exceditur nobilissima creatura oportet ꝙ sit nobilissima: sicut homo excedit bruta ⁊ per illõ solũ in quo natura humana est nobilissima: sed per istud solũ sacramentũ homines precellunt angelos scd̃m apostolũ ad hebreos. xiij. ca. dicentẽ. Habemus altare de quo edere non habent potestatẽ nisi qui tabernaculo deseruiũt. Quarto est sublimius respectu cause finalis: quia cum finis sit semper melior his que sunt ad finem. istud sacramentum scd̃m Dionysi. capitulo. iij. de angelica ierarchia est finis omniũ spiritualiũ perfectionũ ⁊ etiã hoc sacramẽtum celeberrimum super omnia sacramenta: vnde eius officium celebratio vocatur. In quo officio ecclesia militans immitatur ecclesiam triumphantem.

Nam sicut in celesti ierarchia ad ministrandum christo instituti sunt sex ordines angelorum: quia tres sunt assistentes: ita in hac vita instituti sunt ordines ad ministrandum sacerdoti. Sed primo est ibi presens dum hoc sacramentũ consecratur tota trinitas ratione tanti miracali que non potest effici nisi a tribus personis modo mirabili: quia sicut pater ⁊ filius sunt vnum principium spiritus sancti. Ita pater ⁊ filius ⁊ spiritus sanctus: vnum principium tantũ: extra de summa trinitate ⁊ fide catholica capitulo primo Secundo est ibi presentia sanctoꝝ angelorum. Unde de consequen. distin. ij. ca. Quid sit. Et sunt verba Greg. in omelia pascali. Quis inquit fidelium habere dubium possit vt in ipsa immolatiõis hora ad sacerdotis vocem celos aperiri: et in illo iesu christi mysterio angelorum choros adesse. Tertio est ibi presẽtia animarum sanctarum. Unde Hieronym⁹ contra vigilantium sanctorum reliquias reprobantem. Anime inquit sanctorum in hoc comitantur xp̄um quocunq; ierit. iuxta illud Apocal. xiiij. capitulo. Hi sequuntur agnum quocunq; ierit. Quarto est ibi presentia matris xp̄i que est regina virginum atq; virtutum. Nam cum secundum Hieronymũ. officiũ associandi christum sit officium virginum: iuxta illud Apocal. Uirgines enim sunt ⁊ ꝙ mater dei sit virgo virginum: sequit ꝙ ipsa in hoc sit specialissima principalis. Est insuper hoc sacramentum dignius omnibus sacramentis respectu quatuor priuilegiorum quorum primum dicitur. Gratie quia confert maiorem gratiam q̃ cetera sacramenta. Unde Diony. De angelica ierarchia capitulo iij. dicit. Eucharistia est perfectio perfectionũ spiritualiũ ⁊ non est vltra ipsum laudandũ aliquod sacramentum. Aliud priuilegiũ

dicitur veritas. Nam in ceteris sacramē. tis invenitur sacramentum frequenter sine re sacramenti: vt cum quis ad sacramentum fictus accedit: hic autem res sacramenti semper est cū sacramento quā- tūcunq̧ fict⁹ conficiat: q2 semper ē ibi. ꝛ vere corp⁹ xp̄i. Aliud p̄- uilegiū dicit durabilitatis quia omnia ecclesie sacramēta habēt naturā successivā cum transeant cum vsu. Istud autē sacramē tum est permanens: cum tādiu maneat sacramentum istud: nota vt in. iiij. sententiarum quādiu species durare possunt. Aliud priuilegiū dicitur glorificationis quia alia sacramenta ordinantur ad gratiam quā recte figurant. Istud autem sacramentum ordinatur ad gloriam: quia dicit beatus Dionysius de angelica ierarchia capitulo primo. Sicut noticia diuinarum scripturarum est nobis imitatio future cōtemplationis in patria ita sumptio diuine eucharistie est imitatio illius fruitionis beatifice: quia satiabuntur sancti cū apparuerit in gloria eius: ꝛ iō dicit saluator Luce. xxij. capitulo. Non manducabo illud donec impleatur in regno dei. Sed ad maiorem veritatem habendam dici potest ꝙ licet baptism⁹ excedat alia sacramenta ratione efficacie. Unde Ambro. dicit in libro de sacra. Per aquā baptismi transitus est de terrenis ad celestia sicut notatur de conse. distin. iiij. ca. per aquam: Et licet confirmatio excedat ratione conferentis: quia a solo episcopo confertur: vt habetur de cōse. distin. v. ca. manus. Et licet etiam matrimoniū excedat ratione signi qui significat cōiunctionem xp̄i ad ecclesiam per vnionem diuine ꝛ humane nature. extra de bigamis. capitulo debitum. tamen excedit eucharistia ratione dignitatis ꝛ sanctitatis vt his rōnibus responsū est. Unde de cōse. distin. ij. ca. Nihil sic dicitur. Nihil i sacrificijs maius esse pōt ꝙ corpus ꝛ sanguis xp̄i: nec vlla oblatio hac potior ē: sed hoc omnes precellit. Unde saluator ipse paulo testante in epistola hodierna etiam ait vbi dicit. hoc facite i meā cōmemorationē .s. glie mee.

In die veneris sācti Passio domini nostri Jhesu christi secundum Johannem xviij. capitulo.

In illo tēpore. et egressus est ih̄s cū discipulis suis trās torrētem Cedron.[a]

Expositio litteralis.

a Egressus est iesus Hic incipit euāgelista describere xp̄i passionē ꝛ mortē. ipsa autē fuit p iudeos inchoata: ꝛ p gentiles cōsummata. scdm ꝙ xp̄s p̄dixerat Mat. xx. ca. fili⁹ hois tradet principibus sacerdotū ꝛ scribis ꝛ condēnabunt eū morte ꝛ tradent eū gentibus ad illudendū ꝛ flagellandū ꝛ crucifigendū. Et iō euangelista primo ostendit qd xp̄s a iudeis sit passus Scdo qd a gentib⁹: sequenti ca. ibi. Tūc ergo apprehēdit. Prima in tres: q2 p̄mo describit euāgelista q̄liter xp̄s a ministris iudeoꝝ fuit captus. Scdo qualiter a ministris fuit pontificibus traditus: ibi. cohors quoq̧. Tertio qualiter a pontificibus corā pilato est accusatu⁹ ibi. Adducunt ergo. Circa primū euāgelista tria describit. Primo ꝓditionis locū. Secūdo ꝓditoris apparatū: ibi. Judas ergo. Tertio animū xp̄i ad sustinendū preparatū: ibi.. Jesus itaq̧ sciēs. Circa primū sciendū ꝙ xp̄s iuit ad locū extra ciuitatem ad quē sciebat venturū ꝓditores vt ostenderet se voluntarie subire mortē: ꝛ hoc est quod dicitur.

a Et egressus est iesus ꝛc̄. Trans torrentē Cedron nomē est torrētis inter ciuitatē hierusalē ꝛ montē oliueti p vallē iosaphat: que est iter media: ꝛ dicebat ille torrēs cedron eo qd in ripa illius fluminis siue illi⁹ torrētis nascebant multi cedri: hic enī fluui⁹ appellabat torrēs p eo qd ad modū torrētis quādoq̧ hēbat aquas quandoq̧ non.



vbi erat ort⁹[a] in qué introiuit ipse ⁊ disci puli eius[b]. Scicbat auté ⁊ iudas q tradidit eum locū[c]: qꝛ frequenter iesus cō uenerat illuc cum discipulis suis. Judas ergo[d] cū accepisset cohorté[e]: ⁊ a pontificibus et phariseis ministros[f] venit illuc cū laternis et facibus et armis. Jesus itaqꝫ sciés oia[g] que vétura erāt sup eum: ꝑcessit et dixit eis[h]. Qué queritis? Respōderūt ei[i]: Jesū nazarenū. Dicit eis iesus. Ego sum. Stabat aūt ⁊ iudas qui tradebat euꝫ cū ipsis[k]. Ut ergo dixit eis. Ego sum. Abierunt retrorsum ⁊ ceciderunt in terram[l]. Iterum ergo iterrogauit eos. Qué queritis[m]? Illi aūt dixerunt Jesum nazarenū[n]. Rñdit iesus: dixi vobis qꝛ ego sū[o] si ḡ me q̄ritis sinite hos abire[p] vt iplerer sermo quem dixit[q]

a Ubi erat hort⁹) ⁊ sic erat loc⁹ clausus cōueniens ad capiendū illos q essent ꝯtra ipm: b In qué itroiuit ipse ⁊ discipuli eius) offerens se captioni. c Sciebat aūt ⁊ iudas qui tradidit euꝫ locum) Ex quo pꝫ aptitudo loci ad capiēdū xp̄ꝫ ex trib⁹. Primo qꝛ erat a ciuitate remotus: ⁊ ipi querebāt euꝫ cape sine strepitu turbarū vt hꝫ Math. xxj. capitulo Scđo quia erat clausus. Tertio quia proditori cognitus. d Judas ergo) Hic describitur proditoris apparatus: qꝛ iudas de tribus se muniuit. Primo de magna societate ⁊ forti ⁊ autētica ⁊ ideo dicitur. e Cū accepisset cohorté).s. militū a p̄side assignatā vt sic si multitudo ppl'i superueniret nō auderet ipedire ei⁹ ꝓditionem ꝓpter iusticie publice timoreꝫ. f Et a pōtificib⁹ ⁊ phariseis ministros) vt haberet fulcimentū ab vtraqꝫ curia. s. pōtificis ⁊ iperatoris. Scđo muniuit se iudas ꝯ lumine cōtra noctis tenebras: qđ notar cū dicir. Uenit illuc cū laternis ⁊ facibus. Tertio muniuit se de armis si vellēt ei⁹ ꝓditioni resistere. Jō subdir ⁊ armis. g Jesus itaqꝫ) Hic ondir ꝓmptitudo xp̄i ad patiendū ⁊ hoc dupliciter. Primo qꝛ xp̄s se nō occultauit. Scđo qꝛ defensionē ꝓhibuit ibi Simō ergo. In prima igir pte dr sic. g Jesus itaqꝫ sciés oia q̄ vētura erāt sup eū ꝓcessit. ⁊ dixit eis. h Qué q̄ritis) ex quo manifeste apparet ꝙ sua volūtate capt⁹ ē: qꝛ cū sciret oia futura vt declaratū fuit p̄mo ca. nō se occultauit: sꝫ magis q̄rentib⁹ eū obuiā iuit. i Rñderunt ei Jesū ⁊c.) Uirtute eni diuinitatis factū est ꝙ veniētes ad capiendū eū primo nō cognoscerēt eū etiā suus discipulus q venerat ad tradendū eū vnde subdir k Stabat āt et iudas q tradebat eū cū ipsis) vt p hoc scđo ondere r ꝙ ꝯ volūtate sua caperetur: qꝛ ex quo eis erat icognit⁹ poterat ab eis recedere: ⁊ nō solum potuit hec p predicta: sꝫ ēt manifesti⁹ per hoc qđ subdir. l Ut ergo dixit eis. ego sū: abierūt retrorsū ⁊ ceciderūt i terrā) Si eni vno v̄bo oés ꝓstrauit: facili poterat ab eis euadere. Oia eniꝫ facta sunt ex diuina ordinatione: vt declararer virtus diuinitatis ei⁹ p predicta sicut fragilitas humanitatis p captioné ei⁹ sequenteꝫ ⁊ passioné. m Iteꝝ ergo iterrogauit eos. Qué q̄ritis) Hoc fuit facto interuallo a p̄ma iterrogatōe: qꝛ q̄ꝺiu iacuerūt ꝓstrati nō mouit se de loco vt magis declararer sua volūtaria captio. n Illi āt dixerūt iesū nazarenū) nō. n. cognoscē poterāt eū nec capere dōec ipe vellet. pp h subdir. o Dixi vobis qꝛ ego sū) ⁊ tūc habuerūt ipsi⁹ noticiā ⁊ capiēdi eū licētiā pp qđ subdir. p Si ergo me q̄ritis sinite hos abire) q̄si dicat si do vobis potestaté me capiēdi: tū meis discipulis nō facietis aliqd mali. q Ut iplerer sermo qué dixit) precedēti caplo.

qꝛ quos dedisti mihi nõ perdidi ex eis quemq̃z[a]. Symon ergo petrus habens gladium eduxit eũ[b] ⁊ pcussit põtificis seruũ[c] ⁊ abscidit auriculam eius dexterã[d]. Erat aũt nomẽ seruo malch⁹[e]. Dic ergo iesus petro mitte gladiuz tuum in vaginã. Calicẽ quẽ dedit mihi[g] pater non vis vt bibaz illum? Cohors ãt[h] ⁊ tribunus[i] ⁊ mĩstri iudeorũ[k] cõprehẽderũt[l] iesũ ⁊ ligauerũt eũ[m] ⁊ adduxerũt eũ ad annam primuz[n]. Erat enim socer Cayphe[o]

a Quia quos dedisti mihi non perdidi ex eis quẽq̃). Istud enĩ verbũ dixerat iesus nõ tãtum de salute spirituali suorum discipulorum: sed etiã de salute corporali eorum: qđ patet ex hoc qđ inde excepit iudã q pdit⁹ est: ⁊ spũaliter ⁊ corpaliter: qꝛ ex desperatione se suspẽdit: ⁊ iđ euãgelista applicãs verbũ predictũ ad pditionem corporalem non discedit ab intẽtione littere.
b Simon ergo) hic oñditur pmptitudo xp̃i ad patiẽdũ ex hoc ꝙ defensionẽ phibuit: ⁊ hoc est quod dicitur.
b Simon ergo petrus habẽs gladium eduxit eum). Dicunt hic aliqui ꝙ discipuli emerant gladios de precepto domini: ſm qđ hẽtur Luc. xxij. cap. Ubi dicit sic ⁊ qui non habz vendat tunicam suam ⁊ emat gladium. Sed non est verisimile qꝛ ibidem dicitur quod apostoli statim responderunt. Ecce duo gladij hic: ⁊ christus dixit. Sufficit: ex quo patet ꝙ ante illos gladios habebant. Dicendum igitur quod apostoli fuerunt piscatores: in piscatione autem oportet aliquando retia cum paxillis affigere: ⁊ cum perticis naniculas dirigere. Et ideo in talibus ⁊ cõsimilibus vsus magnorum cultellorum est necessarius: ⁊ probabile est ꝙ aliq de apostolis illos cultellos sibi retinuerant ad scindẽdum cibaria: vnde etiam cum illis carnes agni paschalis consciderant petrus aũt vnum ex illis retinuerat apud se: quia erat magis promptus ad defensionem sui magistri q̃ alij.
c Et pcussit põtificis seruũ) q magis de pꝛope se ingerebat ad xp̃m capiendum.
d Et abscidit auriculam eius dexteraz credidit eũ magis ledere: vel forte caput ei⁹ pcutere vel ẽt amputare: sz diuina ordinatiõe ictus declinauit ⁊ accepit solũ illius auriculam Ideo sequitur.
e Erat aũt nomẽ seruo malchus). hoc addit euãgelista ad oñdẽdũ certitudinẽ rei geste exprimendo ꝓpria nomia.
f Dixit ergo iesus petro. Mitte gladiuz tuuz in vaginã) q̃si dicat: noli vti ad defensionẽ meã ⁊ subditur cã.
g Calicem quẽ dedit mihi pr̃ nõ vis vt bibã illũ) q̃si dicat passionẽ quẽ ordinauit pater celestis ad salutem humani generis debeo patienter tollerare. ⁊ ideo nõ est locus defensiõis. ⁊ resistẽtie. sz magis patiẽtie.
h Cohors ãt ⁊c). hic oñdit q̃liter xp̃us a mĩstris cõprehẽsus põtificib⁹ pñtat. Et diuidit in duas: qꝛ pꝛio describit ipsi⁹ pñtatio Anne: scđo Cayphe ibi. Et misit euz annas. pma in duas: qꝛ pmo ponit xp̄i pſentatio: scđo eius examinatio. ibi. põtifex ergo. pma adhuc in duas: quia pmo describitur pdicta pſentatio: scđo incidẽter ponitur petri pma negatio ibi. Seq̃batur autẽ. Dicitur ergo pmo sic.
i Cohors autẽ). s. militũ. ⁊ tribunus q eis preerat ⁊ illi erant gẽtiles.
k Et ministri iudeorũ) isti erãt iudei.
l Cõprehẽderunt Jesũ). ex quo patz obstinatio eorũ: qꝛ nõ fuerunt auersi a suo malo visis pdictis signis. sz magis attribuebant artibus magicis.
m Et ligauerunt euz) quasi morte dignum. illi enĩ qui reputabãtur morte digni iudicibus pñtabantur ligati.
n Et adduxerunt euz ad annaz pmũ). idest pmo. cuius causa subditur.
o Erat enĩ socer Cayphe) ⁊ qꝛ eũdo ad domũ cayphe hẽbãt trãsire añ domũ isti⁹

anne: ideo introierunt domũ eius ꝓpter eius reuerẽtiã. Alia autẽ ratio fuit q₂ pontificatus tũc singulis annis vẽdebatur: ⁊ isti duo. s. annas ⁊ cayphas: quasi alternatim erant pontifices. propter qd̃ quasi põtifex habebatur q₂ anno p̃cedenti fuerat. Tertia rõ est vt xp̃s corã iudicibus pluribus cõdẽnatus videretur magis dign⁹ morte

a Qui erat põtifex anni ⁊c). Ista sũt exposita supra. xi. cap.

b Sequebatur). Hic iterponit̃ prima negatio petri cũ di.

b Sequebatur iesũ simon petrus ⁊ alius discipulus). s. Joannes: lʒ. n. isti sicut ⁊ alij fugissent p̃mo: tamẽ postea secuti sunt iesum: q₂ feruẽtiores erant alijs.

e Petrus aũt stabat ad hostiuʒ foris). tanq̃ incognitus. tamen propter Joannem permissus est intrare.

f Dixit ergo petro ancilla ostiaria. nũquid ⁊ tu ex discipulis es hoĩs istius) q̃si dicat vt̃ q sic vidit eũ timide intrãtẽ: ⁊ sic habuit de eo suspitõeʒ.

q erat pontifex anni illi⁹[a]. Erat aũt cayphas qui ꝯsiliũ dederat iudeis. q₂ expedít vnũ hoieʒ mori ꝑ populo. seq̃bat̃[b] aũt iesuʒ simõ petr⁹ ⁊ ali⁹ discipul⁹. Discipul⁹ autẽ ille erat not⁹ pontifici[c]. ⁊ introiuit cũ iesu[d]. in atrium pontificis. petr⁹ auteʒ stabat ad hostiũ foris[e]. exiuit ergo discipul⁹ q erat notus pontifici. Et dixit ostiarie. ⁊ itro duxit petruʒ. Dixit ergo petro ancilla ostiaria[f]. nũquid et tu ex discipulis es hominis illius. Dixit ille[g]. Nõ sum. Stabãt serui et mĩstri ad prunas[h] q₂ frig⁹ erat et calefaciebant se. erat ãt cũ eis et petr⁹ stans et calefaciẽs se. põtifex ergo[i] iterrogauit iesũ[k] d̃ discipulis suis[l]. et d̃ doctrina ei⁹[m]. rñdit ei ies⁹

g Dixit ille nõ sum). ex quo pʒ fragilitas petri q₂ ita cito negauit ad voceʒ vnius mulieris q̃ nõ loq̃batur acriter. nõ eni dicebat ei. es tu de familia huius proditoris vel aliquid hmõi. sed hoĩs isti⁹ q̃si cõpassiue loquendo.

h Stabãt auteʒ serui ⁊ ministri ad prunas. q₂ frig⁹ erat) q₂ solet eẽ in martio post mediam noctẽ. Et calefaciebant se. ⁊c.

c Discipul⁹ ãt ille erat not⁹ põtifici. Dicũt aliq qd̃ ioannes erat pit⁹ in lege: ⁊ ꝓp hoc hẽbat noticiã cũ põtifice: sʒ hoc non est verisimile: q₂ piscator erat. ⁊ de naui a xp̃o vocatus fuerat vt hẽtur mathe. iiij. cap. vnde dicit hieronym⁹ in ep̃la sua ad paulinũ. Joãnes rusticus piscator indoctus ⁊c. Et ideo alia fuit causa sue noticie cum pontifice. quia forte missus a patre suo pluries portauerat pisces ad domuʒ pontificis. vel forte quia aliquis de cognatione eius ibidem seruiebat. vel aliqua alia causa quaʒ aliqui assignant. q₂ descenderat de dauid ⁊ sacerdotes habebãt istas genealogias.

d Et introiuit cum iesu in atriũ pontificis) ꝓp noticiã p̃dictã ꝑmissus est intrare

i Põtifex ergo). hic ponit̃ xp̃i examinatio. ⁊ diuidit̃ ĩ tres. q₂ p̃mo ponit̃ dc̃a examinatio. sc̃do xp̃i rñsio ibi. dicit ei iesus. tertio reprehẽsiõis reprobatio ibi. h̃ cũ dixisset. Circa primum sciẽdũ q xp̃s reputabatur a iudeis seductor hominuʒ. ⁊ doctor false doctrine. ideo examinat⁹ fuit de vtroq₃. ⁊ hoc est quod dicitur.

k Põtifex ergo iterrogauit iesũ). dr̃ ãt annas põtifex nõ q₂ eẽt actu. sʒ q₂ añ fuerat. ⁊ q₂ socer erat põtificis. vt dc̃m est.

l De discipulis suis. vt videret si posset eũ deprehẽdere q fuissent ab eo seducti.

m Et de doctrina eius ad videndum si possent ibi inuenire falsitatẽ vel calũniaʒ ⁊ aliquid dictum contra legem.

n Rñdit ei iesus). Hic ponit̃ xp̃i rñsio.

De discipulis aūt suis nihil boni poterat protunc bene respondere: quia principaliorem inter eos statim audierat ipsum in sua presentia negasse. Sed de doctrina sua rn̄dit ostēdens ꝙ non erat mala vel suspecta: sed sana: quod declarat ex duob⁹. p̄mo ex loco cum dicitur.
a Ego pa/lā locut⁹ sum mundo ⁊c.) doctrina su/specta in an/gulis ⁊ late/ribus docet non in loco publico ⁊ sa/cro. Secūdo ex auditorū testimōio di/cens.
b Inter/roga eos qui audierūt ⁊c.) q. d. parat⁹ sum testimoniū eoꝝ subire qđ est tibi magis credibile ꝙ̄ meū dictū: ꝙ̄uis ſm v̄itatē deberet eē contrariū. c Hec cū dixisset) hic ponitur huius rn̄sionis reprobatio: ⁊ hoc dupl'r. p̄mo p factū cū di(vn⁹ assistēs ministroꝝ đdit alapā iesu). scđo p v̄bū cū subdit d Sic rn̄des pontifici). Ille eniꝫ minister sceleris accepit respōsioneꝫ iesu q̄si notasset pontificem de stulta iterrogatione. e Respōdit iesus) humiliter veritatem ostendēdo. f Si male lo/cutus sum testimoniū p̄hibe de malo). i. potes p̄hibere. Si aūt bn̄: qđ me cedis). ⁊ non me iniuste pcutere. Sed hic videt ꝙ xp̄s fecit cōtra doctrinā suā: q2 Matt. v. ca. dicit. Si qs pcusserit te in maxillaꝫ dextram p̄be ei ⁊ alteram: ip̄e auteꝫ hoc non fecit: sed magis percutientē se correxit. Dicendū ꝙ illud xp̄i p̄ceptuꝫ ⁊ plura alia que ibi ponunt nō dantur absolute ſm qđ dicit Augustinus: sed magis ſm p̄parationē animi: quia homo debet habere animuꝫ semper preparatum ad hoc

Ego palā locut⁹ suꝫ mūdo[a]. Ego semp docui in synagoga: ⁊ in tēplo quo oēs iudei cōueniūt: ⁊ in occulto locut⁹ sum nihil. Quid me iterrogas. Interroga eos q audierūt[b]. qd locut⁹ sū ipsis. Ecce hi sciūt q̄ dixeri ego Hec aūt cū dixissꝫ[c] vnus assistens ministrorum: dedit alapam iesu dicens. sic respondes pontifici[d]. Respondit ei iesus[e]. Si male locutus sum testimoniū perhibe de malo[f]. si aūt bn̄: quid me cedis. ⁊ misit eū Annas[g] ligatum ad caypham pontificem[h]. Erat autem Symon Petrus stās[k].

faciendum vbi videret hoc expedire ad honorem dei ⁊ vtilitatem ecclesie. Alias autem non: immo aliquādo expedit iniuriantibus respondere ad ip̄oꝝ ⁊ alioꝝ instructionem sicut fecit hic christus: et aliquādo et facto resiste/re ne det oc/casio malis male agēdi.
g Et misit hic ostendit qualiter chri/stus presenta/tus est Cay/phe ⁊ diuidi/tur in duas: quia p̄mo de/scribitur di/cta presenta/tio. Secūdo subditur se/cunda ⁊ ter/tia Petri ne/gatio: ibi. Erat autem. In p̄ma igitur parte dicitur sic.
g Et misit eum Annas ligatuꝫ). q̄si morte dignum: ⁊ iam coram eo cōdem/natum. h Ad caypham pontificem). Tum quia ad ipsum pertinebat principaliter christi examinatio. Tum vt videretur christus magis morte dignus qui fuisset coram iudicibus pluribus cō/demnatus. ¶ Sciendum tamen ꝙ Joā/nes hic tacet qualiter Cayphas eum examinauit: ⁊ qualiter Cayphas vestimen/ta sua scidit ⁊ qualiter christus in domo eius illusus fuit: quia alij euangeliste hoc sufficienter expresserant.
i Erat autem). Hic reuertitur euangelista ad narrandum de negatione Pe/tri: ⁊ ideo quasi eadeꝫ verba que dixerat in fine p̄me negationis reassumit dicēs.
k Erat aūt symon petrus stans ⁊ cale/faciēs se. Ille enim qui narrat hystoriam aliquam qn̄ occurrūt aliqua incidentia narrāda. Interrūpit principale ad illud incidēs narrandū: quo facto reuertitur ad ppositū: ⁊ sic facit hic ioānes vt dcm̄ ē

a Dixerūt ergo ei) mīstri ad ignē stātes b Nunqd ⁊ tu ex discipulis eius es). q.d. sic: q: illi videbāt eū timidū ⁊ pauidum. c Negauit ille ⁊ dixit. Non sum De ista scḋa negatiōe petri videt̄ Math. contradicere Joanni p̄mo quo ad psonaz: quia dicit ipsum secundo negasse ad vocem alterius ancille Mathei. xxvj. ca. Joānes autē hic dicit ꝙ fuit ad vocē mīstrorū ad ignem stantium. Scḋo quo ad locū: q: Mat. dicit ꝙ scḋo negauit in exitu ianue hic aūt dī ꝙ stans ad ignē. ppter qḋ sciēdum ꝙ p̄ncipalis itentio euāgelistarum erat exp̄mere trinam Petri negationem ⁊ in hoc omnes cōueniūt. De psonis autem accusantibus seu de negationis loco nō erat eoꝝ p̄ncipalis itentio. ⁊ pbabile est ꝙ multi ad verba Petri concurrebāt circa eum: ⁊ consimilia verba dicebant improperando ei magistrum suum: ⁊ iō vnus euangelistarum exp̄mit vnam personam accusantez: ⁊ alius aliā: ⁊ vterq3 dicit verum. vnde f̄m veritatem hystorie videt̄ ꝙ p̄ma negatio sit facta ad vocem ancille hostiarie Petro domum intrante. Secūda autem negatio facta ē in domo: quia post p̄mam negationem Petrus timuit diu stare inter iudeos: ppter qḋ voluit exire: ⁊ tūc alia ancilla videns eum timidum accusauit eum: ⁊ simul ad hoc cōcurrerūt illi qui ad ignem stabāt: ⁊ idē dicebāt cum illa ancilla: ppter quod math. di. ꝙ ad vocem ancille alteriꝰ negauit. Joānes aūt mīstros cōcomitantes exp̄mit. Item math. dicit ꝙ negauit ipso exeūte ianuam. i. volēte exire: ⁊ ad hoc se preparante propter timorez vt dictum est: quia tamen adhuc erat in domo nec ab igne longe recesserat. ideo dicit Joānes ꝙ prope ignem facta est illa negatio. Tertia aūt negatio facta est multis eum accusantibus ⁊ cōcurrentibus ppter p̄dicta tm̄ inter illos erat p̄ncipalis vnus seruus pōtificis propter qḋ Joānes illum exp̄mit tacendo de alijs: iō subditur.

⁊ calefaciens se. Dixerunt ergo ei[a] Nūquid ⁊ tu ex discipulis eius[b] es? Negauit ille. ⁊ dixit. Nō sum[c]. dixit ei vnꝰ ex fuis pōtificis cognatus eiꝰ cuiꝰ abscidit. Petrus auriculaz[d] Nōne ego te vidi i horto cū illo[e] Iterū ergo negauit Petrus[f]. Et statim gallus cātauit[g]. adducunt ergo Iesum a cayphа in p̄toriū[h].

d Dicit ei vnus ex seruis pōtificis cognatꝰ eius cuius Petrꝰ abscidit auriculaz: ⁊ ideo acrius ceteris eum accusabat: ⁊ i accusatiōis sue assertionem adduxit factum precedens: cum dicit. e Nonne ego te vidi i horto cuz illo) quasi diceret sic. f Iterum ergo negauit) Aliqui autem volentes excusare petrum dicunt ꝙ non negauit eum ex timore mortis: sed ex amore nolens ab eo separari: sed semper eum sequi. Sciebat enim ꝙ si diceret se esse discipulum eius statim ab eo separaretur: sed hoc est contra verba domini supra habita. xiij. vbi exprobrauit Petro dicēs. Animā tuaz pro me pones: quod fuit dictum negatiue. sicut fuit ibidem expositum: ⁊ ideo p3 ꝙ Petrus negauit timēs animā suaz exponere p xp̄o ideo subdit̄. g Et statim gallus cātauit). s. scḋa vice: q: post p̄mā negationez semel cātauit gallus: sed Petrus timore pturbatꝰ nō pcepit f̄m qḋ fuit expositum Math. xxvj. cap.

h Adducūt ergo iesum ⁊c.) Hic ostēditur qualiter christus a iudeis coraz Pilato accusatur: ⁊ diuiditur in tres: q: primo describit̄ xp̄i p̄sentatio. Scḋo p̄sentati examiatio ibi. Exiuit ergo. Tertio inocentie xp̄i declaratio. ibi. Et cū hec dixiss3 In p̄ma parte dicitur sic.

h Adducūt ergo iesum a Caypha in p̄torium). i. a domo Cayphe pontificis ad domū Pilati p̄sidis: ad quem ptinebat iudiciuz in causa sanguis: ⁊ locꝰ vbi iudicabat p̄toriū vocabat̄. Aliqui aūt li-

bri male habent (ad Cayphā) quia in domo cayphe iam erat christus: nullus autem adducitur ad locum in quo est. Preterea ioannes scripsit in greco hoc euangelium: τ ideo pro veritate textus habēda: recurrendum est ad grecum: in greco autem ponitur a caypha. et iō sequitur.
a Erat aūt mane). hoc addit euangelista ad ostendendū quantum iudei sitiebant sanguinem iesu xpi qui summo mane querebāt sniaȝ de eius morte dari

Erat aūt mane[a]. et ipsi non introierunt in pretorium vt nō contaminarentur[b]. sed vt manducarēt pascha[c]. Exiuit ergo[d] Pilatus ad eos foras τ dixit. Quā accusationē affertis aduers⁹ hoīeȝ hūc[e]? Responderūt et dixerūt ei[f]. Si nō eēt hic malefactor: non tibi tradidissemus eum. Dicit ergo eis pilatus[g]. Accipite eū vos: τ ꝼm legem vestrā iudicate eū[h]. Dixerūt ergo iudei Nobis nō licet iterficere quēquā[i]. Ut ꝼmo ihū ipleret quē dixit significans q̈ mōte eēt moritur⁹[k]

b Et ipsi nō itroierūt in p̄torīū vt non contaminarent) ex ingressu domus hominis gentilis τ tamen nō timebant inquinari ex procuratione mortis innocentis: ex quo patet eorum superstitio vana:
c Sed vt manducarent pascha). Idest azimos panes qui a iudeis comedebantur in pascha per septem dies. non enim erat licitum illos comedere nisi personis mundis. τ ideo per paschalis manducationem non intelligitur hic comestio agni paschalis: vt male dicūt greci: quia illum comederant die precedenti: sequitur.
d Exiuit ergo). Hic ponitur christi examinatio: τ hoc dupliciter: quia primo examinatur coram iudeis. Secundo ad partem sine ipsis. ibi. Introiuit iterum. In prima parte dicitur sic.
d Exiuit ergo Pilatus ad eos foras) Judei enim non audebant domuȝ eius ingredi ne suas obseruationes violarent: ideo volens eis deferre exiuit ad eos.
e Et dixit quam accusationem affer tis aduersus hominem hunc) videbat enim ligatum in signum damnationis. ideo querebat de causa: quia nō erat cōsuetudo romanis condemnare aliquem nisi prius audirent accusationem suam τ haberet locum se defendendi: vt habetur Actuum. xxv. capitulo. Et iō Pilatus qui erat index ab imperatore romano illuc miss⁹ voluit modum romanoruȝ tenere.
f Responderūt τ dixerūt ei. Si nō esset hic malefactor τc. quasi dicant nos eius factum diligenter examinauimus: τ inuenimus eum dignum morte: ac si dicerent. non oportet aliam examinationem facere.
g Dicit ergo eis Pilatus) quasi indignat⁹ ex eorum responsione. quia sciebat eos ipsuȝ per inuidiam tradidisse: vt habetur Mathe. xxvij. capitulo.
h Accipite eum vos τ secundum legem vestram iudicate) quasi diceret. Si sufficit vestra examinatio. sufficiat τ vestra sententia. Sciendum enim q̄ romani aliqua minora iudicanda dimiserant iudeis: sed non poterant pro talibus inferre penam mortis: quia romani retinuerant sibi causam sanguinis: τ ideo p̄ hanc responsionem inhibebant inferre christo mortem. Ipsi autem non poterant vitam eius sustinere: τ ideo renuerunt hoc accipere dicentes.
i Nobis non licet interficere quenquā) si enim potuissent dare mortis sententiam libenter iudicium accepissent.
k Ut sermo Jesu ipleret quē dixit τc.) Christus.n. predicēs mortem suam ap-

stolis math.xx.cap.dixit q̄ a principib⁹ sacerdotum traderetur gentibus ad illu dendum ⁊ crucifigendum. ⁊ hoc fuit im pletum per hoc quod renuerunt iudiciū ⁊ dimiserunt ipsum pilato q̄ erat gētilis indicādum: ⁊ sententie executionez suis militib⁹ a Introiuit ergo). h ponitur exa minatio xp̄i in secreto: et diuiditur in tres: qꝛ prio ponitur pila ti interroga tio. Secūdo xp̄i rn̄sio: ibi Rn̄dit ih̄s. Tertio Pilati obiectio: ibi. Dixit itaq3. Circa primū sciendū q̄ iudei cū tumultu irrationabili petebāt mortē christi: propter quod christus non respō debat: s̄m illud Ecclesiastici. xxxij. Ubi non est auditus non effundas sermonez ⁊ propter hoc matth. ⁊ marci. dicunt q̄ cum accusaretur a principibus sacerdo tum nihil respondit: propter quod pila tus intrauit pretorium quod erat in do mo sua: vt ibi christum magis pacifice ex aminaret extra tumultum iudeorū3 qui non audebant intrare pretorium vt di ctum est. xp̄s autez de tribus fuerat accu satus corā eo: vt habet Lu. xxiij. ca. Nūc inuenimus subuertentem gentē nostrā: ⁊ prohibentem tributa dari cesari: et di centem se xp̄m regem esse. Pilatus autē de duobus primis non curauit inquire re: qꝛ de primo. s. de subuersione obserua tionum legalium non curauit: vtrum es set verum vel falsum: qꝛ non erat iudeus sed gentilis. Scd̄m cognouit esse falsum p famam publicam: qꝛ audierat xp̄i rn̄ sionem qua iudeis de hac materia respō derat matth. xxij. cap. Reddite que sunt cesaris cesari ⁊c. sed de tertio quod vide bat esse contra honorem imperatoris in quisiuit. s. de regno quia imperatores ro mani nomen regiū a iudeis abstulerant:

Introiuit ergo ite rū in pretoriū pila tus ⁊ vocauit iesum et dixit ei[a]. Tu es rex iudeorū[b] Rn̄dit iesus[c]. A temetipso hoc dicis[d]: an alij dixerunt tibi de me Rn̄dit pilat⁹. nūqd ego iude⁹ sū3[e]: gens tua: ⁊ pontifices tui tradiderūt te mihi[f] Quid fecisti[g]. Rn̄ dit Jesus[h] Regnu3 meum nō est de hoc mundo[i]: si ex hoc mundo esset regnū meu3: ministri mei[k]

vt frāgerent eoꝝ supbiam: ⁊ tollerent re bellandi occasionē: ⁊ iō q̄siuit a christo. b Tu es rex iudeorū. q. d. est hoc veru3 qd̄ tibi imponitur. s. qd̄ velis tibi vsurpa re regnum. c Respondit iesus. Hic ponitur xp̄i responsio in qua prio ex aminauit pi lati interro gationez di cens. d A temet ipso hoc di cis an alii ⁊c. q. d. pce pisti hāc opi nionē d̄ me per teipsum: e Respon dit pilatus: Nunquid ego iudeus sum). quasi dicat ex me non concepi: quia non sum iudeus ⁊ sic non possum inuestiga re ex libris iudaicis quis debeat esse rex eorum: sed hoc ad peritos legis perti net. ideo subditur. f Gens tua ⁊ pō tifices tui tradiderunt te mihi) accusan tes te super hoc. g Quid fecisti). quasi dicat videtur q̄ tu sis in aliquo cul pabilis: ex quo illi qui sunt de gente tua ⁊ tante auctoritatis sicut sunt pontifices te accusant. h Respondit iesus). Examinata interrogatōe pilati: iesus pri mo respondit ad questionem primo fa ctam: de vsurpatione regni temporalis. i Regnū meum nō est de hoc mun do) nō eni negat se esse regē: sed magis cōcedit: qꝛ s̄m veritatē ip̄e erat rex regū. Ueruntamen ad tollendū occasionē ca lūnie tpat suā responsionē dicens: q̄ non querit huiusmondi temporalem domi nationem: qd̄ probat cōsequēter dicēs. k Si ex hoc mundo esset regnū me um ministri mei ⁊c). Omne eni regnum temporale habet firmitatem nō solū ab ipso rege cū sit vnus solus hō: sed etia3 a ministris contra aduersarios p ipso pu gnātibus: qd̄ nō querebat xp̄s: ⁊ sic pat3 q̄ satisffecit ad questionem ostēdēdo q̄ nō querebat inter iudeos tēporalē domi

vtiqȝ decertarent:
vt non traderer iu-
deis. Nunc autem
regnum meum non
est hinc[a]. Dixit ita
que [b] ei Pilatus:
Ergo rex es tu[c]:
Respōdit ihs[d]. Tu
dicis: quia rex sum
ego[e]. Ego i hoc na-
tus sum[f]: ⁊ ad hoc
veni in mundum[g]
vt testimonium per
hibeam veritati[h].
Omnis qui ē ex ve
ritate [i] audit vocem
meā[k]. Dic ei pilat⁹
Quid ē veritas[l]: Et
cū h̄ dixisset: Iterū
exiuit ad iudeos[m]

nationem: verum tn̄: qꝛ cōcesserat se esse regē: ideo cōcludit. a Nūc autē regnū meum nō est hinc) idest quātū ad tēporalia ista querenda. Sed contra hoc videtur qḋ dicitur psal. xlvi. Rex ōis terre deus ipe: aūt
est verus de⁹
sicut ver⁹ hō
ergo regnuȝ
eius ē de hoc
mundo. Di-
cendū ꝙ se-
cundū verita
tē diuinitatis
omnia sunt
subiecta xp̄o
tamen quan
tū ad huma-
nitatem in ꝑ
mo aduentu
suo nō venit
ad dn̄andū tēporaliter: sed magis ad seruiendū ⁊ patiendū ⁊ sic patet ꝙ sufficienter excludit illud quod sibi imponebat de vsurpatione regni iudee: quia non fiebat questio de ipso: nec inquantum homo ⁊ pro statu presenti in quo erat q ad primum eius aduentum pertinebat.
b Dixit itaqȝ) Hic ponitur pilati obiectio sicut enim visum est ꝙ christus i sua responsione concesserat se esse regē: sed dixerat regnum suum non esse hinc ideo Pilatus ad plenum verba eius non intelligens accepit per hoc ipsum esse regem alicuius regni de quo non intromitterēt se romani: sed ꝙ christus per hoc intelligeret regnum celeste ⁊ spirituale: non intellexit: ⁊ ideo voluit scire magis determinate ꝯcludēs ex verbis christi ꝓdictis.
c Ergo Rex es tu) quasi dicat ex quo concedis te esse regem regni non pertinentis ad dominium imperatoris: declara magis quod sit illud regnum.
d Respondit Jesus) primo conclusionem factam concedendo dicens.
e Tu dicis quia rex ego sum) ⁊ ita est secundum veritatem: sed consequenter declarat huius regni conditionem dicens.
f Ego in hoc natus sum) temporaliter. g Et ad hoc veni in mundum) per carnis assumptionem. h Ut testimonium perhibeam veritati) docendo ⁊ radicando veritatem de diuinis in cordibus fidelium. i Omnis qui est ex
veritate) pri-
ma que deus
est: non solū
per creatio-
nem sed per
imitationē ⁊
subiectioneȝ
k Audit vo
cem meam)
corde credē-
do et opere
obediendo:
⁊ ꝑ ꝯn̄s i ta-
libus spūa-
liter ego re-
gno ⁊ tale re
gnū i nullo impediebat iperatoris romani dn̄ium de quo querebat Pilatus.
l Dicit ei Pilatus Quid est veritas) nō querit diffinitionē veritatis: sed querit q̄ est illa veritas cuius virtute ⁊ participatione hoīes efficiuntur de regno xp̄i. Intellexit enim per hoc in quodā generali aliqd diuinū existēs extra cōem moduȝ hoīum ⁊ hoc est verū si intelligatur determinate: ⁊ magis in particulari: qꝛ veritas diuina filio appropriat: veritas per quā homines in p̄senti efficiunt de regno xp̄i: est quedam impressio ⁊ participatio veritatis diuine: huius aūt questionis Pilatus non expectauit responsionē dupli ci de causa. Una est qꝛ erat de regno spirituali vt visum ē. ipse aūt nō habebat se intromittere nisi de tp̄alibus: ⁊ iō hoc aduertens dimisit illi⁹ questionis ꝓsecutionem. Alia cā fuit qꝛ iā ꝑceperat xp̄i innocentiam: ⁊ iudeoꝝ malitiā sciēs ꝙ tradidissent eum ꝑ inuidiā: igit ꝓtermissa q̄stione p̄dicta voluit ꝓcedere ad eius liberationē vt statim patebit. m Et cū h̄ dixisset) Hic ꝯn̄r ponitur innocentie xp̄i declaratio: cū enim Pilatus vellet eū liberare vt dictū est occurrit ei⁹ memorie modus ꝯueniēs liberationis sue videlȝ de cōsuetudine iudeoꝝ qua dabat eis

r

presidē in solennitate paschali vnus vin/ctus in memoriam liberatiōis filioꝝ isra/el de terra egypti: ⁊ ꝓpter hoc voluit chri/stum liberari per hunc moduʒ. Et primo ad hoc faciendum allegat xpi innocenti/am dicens.

a Ego nullam in eo inuenio cau/sam) .s. di/gnam mor/te. Secundo allegat con/suetudinem de cui⁹ obser/uatōe sciebat eos eē cupi/dos dicens.

b Est autē consuetudo ⁊c. vultis ergo dimittaʒ vobis regeʒ iudeorū) q̈/si dicat vos debetis hoc velle: Ad cuius intellectū sci/enduʒ ꝙ pilatus volens xp̄m liberare po/suit eis sub distinctione de liberatiōe xpi vel Barrabe. ⁊ de nullo alio: vt magis ex/primitur Matth. xxvij. ca. Sciebat enim ꝙ consuetudinem suā nullo modo dimit/terent. Ex altera parte barrabas erat ita pessim⁹ ⁊ populo odiosus ꝙ firmiter cre/debat vt eius liberationem nullo modo vellent: ⁊ sic ꝑ consequēs liberationi xpi consentirent: sed sacerdotes deceperunt populū inducētes eū ad petendū libera/tionem Barrabe: ⁊ nō xpi: ⁊ hoc ē ꝙ sub/ditur. c Clamauerunt rursum ⁊c. sed Barrabā) dimitte nobis. d Erat au/teʒ barrabas latro) .s. publicus ⁊ famo/sus: hoc addit euangelista ad ostenden/dū eorum malitiā: qui ad procurandum mortem xpi petierūt latronis publici li/beratiōnē: cōtra bonū publicū ⁊ cōtra iu/stitiam. e Tunc ergo apprehēdit pila/tus) Hic p̄nr euangelista describit quid passus sit xp̄s a gentibus. Passus est aūt tria ab eis. s. flagellationem. Illusionē: ⁊ crucifixionem ẜm ꝙ predixerat saluator Matthei. xx. cap. Tradent eum gentib⁹ ad illudendum ⁊ flagellandū: ⁊ crucifi/gendum: ⁊ ideo euengelista. Primo agit de illusione ⁊ flagellatione. Scđo de cru/cifixione: ibi: tunc ergo tradidit. Prima i duas: quia primo descri/bitur christi flagellatio: ⁊ illusio. se/cundo circa hoc ostendi/tur pilati in/tentio. ibi: Exiuit iterū. Circa primū sciendum ꝙ pilatus vidit ex clamore eoruʒ ꝙ nullo modo poterat dimit/tere iesū omnino liberuʒ cum pace ipsorum. Ex altera parte durum erat sibi in/nocētē interficere: ⁊ iō ad satisfacienduʒ eis fecit christū flagellari ⁊ illudi. Ex hoc est qđ dicitur. e Tunc ergo apprehen/dit pilatus iesum ⁊ flagellauit) nō per se ipsum immediate sed per milites suos et ministros. f Et milites plectentes co/ronam de spinis) .i. de iuncis marinis ad modum spinarum duris ⁊ acutis.

g Imposuerunt capiti eius) tanꝗ vo/lenti regnare ⁊ non potenti ꝙ fecerunt vt eorum illusio responderet iudeorum accusationi. h Et veste purpurea circundederunt eum) Tali enim veste vtebantur reges. i Et veniebant ad eum ⁊ dicebant ⁊c) Hoc totum factum est in illusionem. vnde sequitur.

k Et dabant ei alapas) vt illuderēt fa/ctis sicut illuserunt signis ⁊ verbis.

l Exiuit iterum). Hic ostenditur circa predicta pilati intentio que erat bo/na quantum ad hoc: quia predicta iusse/rat fieri vt iudei tali afflictione christi es/sent satiati: ⁊ sic consentirent in eius li/berationem sine morte: tamen per hoc

Et dicit eis: Ego nullā inuenio in eo causam[a]. Est autem consuetudo vobis[b] vt vnū dimittā vobis in pascha. Vultis ergo dimittā vobis regem iudeorū[c]. Clamauerūt rursuʒ oēs dicētes[d]: Non hunc, sed barrabā. Erat autem barrabas latro[e]. Tūc ergo apprehendit pilatus iesum ⁊ flagellauit. Et milites plectentes coronam de spinis[f]: imposuerunt capiti eius[g]: ⁊ veste purpurea circundederunt eū[h]. Et veniebant ad euʒ ⁊ dicebāt[i] Aue rex iudeorū. Et dabant ei alapas[k]. Exiuit ergo iterū Pilat⁹ foras[l]:

non excusatur a peccato: quia cum esset iudex super eos: non debebat ei quez sciebat innocentem etiam minimam penam inferre. Igitur euangelista circa sequentia sic ꝓcedit: quia prio declarat conatũ pilati ad xp̄i liberationez Secundo iudeorum resistentiam ad eius cõdemnationẽ. ibi. Cum ergo vidissent. In p̄ma igit᷑ parte dicitur sic. (Exiuit iterũ pilat᷒ foras) vbi iudei stabant: qꝛ domum eius ingredi nõ audebant: vt supra dictum ẽ

a Et dicit eis) p̄mo allegans christi innocentiam

b Ecce adduco eum vobis foras). Postq̄ diligenter examinaui eum ꝛ flagellaui ad vobis satisfaciendum (vt cognoscatis: quia nullaz in eo inuenio causam) Secundo ostẽdit ipsius punitionẽ iam factam vltra condignũ cũ d᷑.

c Exiuit ergo iesus) ex p̄cepto pilati

d Portans spineam coronã ꝛc.) Uolebat enim pilatus vt sensibiliter viderent qualr̄ fuissz illusus ꝛ flagellat᷒ vt sic mouerentur ad compassionem.

e Et dicit eis. Ecce homo) quasi dicat: ꝛ si in aliquo male egisset: tamen vltra condignum punitus est: ꝛ ideo deberet vobis sufficere.

f Cum ergo vidissent) Hic ponitur iudeorum resistẽtia: ꝛ hoc dupliciter primo per irrationabilem clamorem. Secundo per rationem ibi. Responderunt iudei. In p̄ma parte dicitur.

f Cum ergo vidissent eum pontifices ꝛ ministri) sic flagellatum ꝛ illusum ꝛ cognoscerent ꝙ pilatus sic volebat dimittere ipsum.

ꝛ dicit eis[a]. ecce adduco vobis eum foras vt cognoscatis[b] quia nullaz inuenio in eo causam. exiuit ergo iesus[c]: portãs spineam coronam[d]: ꝛ purpureum vestimentum. et dicit eis Ecce homo[e]. Cum ergo vidissent eum pontifices ꝛ ministri[f] clamabant dicẽtes[g]. Crucifige crucifige eum[h]. Dicit eis Pilatus. Accipite eum vos: ꝛ crucifigite[i]. ego eniz nõ iuenio i eo causam[k] Responderunt ei iudei[l]. Nos legẽ habemus[m]: ꝛ scd̄m legez d̄bet mori[n]: qꝛ filiũ dei se fecit[o] cuz ḡ audissz pilat᷒ huc ꝓmonem magis timuit[p]

g Clamabãt) tumltuose: ꝛ alios ad clamandum excitabãt (dicẽtes.

h Crucifige crucifige eum) quasi dicãt: hec pena nullo modo nobis sufficit: sed petimus ꝙ moriatur.

i Dicit eis pilatus. Accipite ꝛc.) derisorie ꝛ indignanter hoc dixit: qꝛ nõ habebãt potestatẽ iudicandi aliquẽ ad mortem vt supra dictum est: ꝛ ẽ similis modus loquendi ac si diceret. Si haberetis potestatez dare mortis sententiã: cito ꝛ sine cã faceretis: sed ego hoc agere nolo: ideo sequitur.

k Ego eniz non inuenio in eo causam) dandi talẽ sentẽtiaz.

l Responderunt) vidẽtes iudei ꝙ Pilatus non acquiesceret eorum clamori: inceperunt allegare rationes alias q̄ supra allegauerant. non enim illas audebant reiterare: quia Pilatus iam illas euacuauerat: ꝛ ideo hic aliud allegant: ꝛ p̄mo allegãt ipsum fecisse cõtra legẽ dei. Secũdo cõtra legẽ impatoris romani. ibi. Exinde querebat. In p̄ma igitur parte allegant sic iudei.

m Nos legẽ habemus) scilꝫ a deo datam in monte synai.

n Et secũdum legem debet mori) quia leuit. xxiiij. ca. precipitur ꝙ blasphemi occidantur: ꝛ tale crimẽ imponebãt ei vnde sequitur.

o Quia filium dei se fecit) verumtamen Christus hoc dicendo non blasphemauit: sed veritatem dixit ꝛ per scripturam habitam: vt supra probatum est capitulo decimo.

p Cũ ergo audissz pilat᷒ hũc ꝓmo. ma. ti.

nō ꝓpter legē iudeoꝝ quā nō obseruabat sed ne verum esset vt iesus sibi oblatus esset vere dei filius: ⁊ sic factum enorme fecisset ipsum flagellando: ⁊ ideo de hoc voluit certius inquirere. vnde sequitur.

a Et ingressus est in ꝑtoriū iterū). vt veritatez magis possꝫ cognoscere extra tumultū iudeorum.

b Et dicit ad iesum: vn̄ es tu) ꝑ hoc q̄rēs si eēt ex origine diuina ſm veritatem.

c Jesus autez respōsuz non dedit ei) Primo quia hō erat gētilis ⁊ idolatra ⁊ gn̄ationem filij i diuinis cape non posset. Scd̄o q꞉ nolebat passionē suā ipedire. Tertio q꞉ ꝓphetatū erat de eo Jsa. liij. c. Et sicut agn⁹ coram tondēte se obmutescet ⁊c.) Et iō volebat illud ꝓpheticū implere.

d Dicit ergo Pilat⁹ mihi nō loq̄ris) Mirabat̄ de ei⁹ taciturnitate cū eēt in pūcto liberatiōis vel ꝯdēnationis sue seq̄t.

e Nescitis quia ptātē hēo ⁊c.). q. d. mihi saltē deberes rn̄dere.

f Rn̄dit iesus) nō ad ipediēduz suā passionē: sed ad reꝑmēdū Pilati iactantiā.

g Nō hēres ptātē aduersum me vllā nisi tibi datū eēt desuꝑ). i. ꝑncipibus romanoꝝ: ⁊ vlteri⁹ ꝑmissum a deo q est ptās suꝑior: ⁊ ex hoc arguit ei⁹ pctm̄: q꞉ nō acceꝑat ptātē a cesare ⁊ a deo ꝯdēnandi inoxios: sed magis liberādi eos: ⁊ cū hoc ostēdit pctm̄ iude ⁊ iudeoꝝ eē maius q̄ pctm̄ ipsi⁹ pilati q꞉ ad occisionē xp̄i iudas fuit mot⁹ cupiditate: iudei aūt iuidia ⁊ rācore. Sed pilat⁹ fuit mot⁹ humano timore: vt magis patebit: ⁊ hoc est qd̄ dicit̄.

Et ingressus est ꝑtorium iterum[a]: ⁊ dicit ad iesum. Unde es tu[b]? Jesus autez responsum nō d̄dit ei[c]. Dicit ergo ei pilatus. Mihi nō loq̄ris[d]? nescis quia potestatem habeo crucifigere te[e]: ⁊ potestatem habeo dimittere te. Respondit iesus[f]: Non haberes potestatem aduersum me vllam nisi tibi datum eēt desuper[g]. Propterea qui me tradidit tibi[h]: maius peccatū habet. Et exide querebat Pilatus dimittere eum[i]. Judei autem clamabant dicentes. Si hunc dimittis non es amicus cesaris[k]. Omnis enim qui se regē facit: contradicit cesari[l]. Pilat⁹ aūt cū audisset hos ſmones[m]

h Propterea qui me tradidit tibi maius peccatum habet) in quo icludi tur peccatum pilati: q꞉ maius nō di꞉ nisi ꝑ comparationem ad minus.

i Exinde) hic cōsequēter allegant iudei xp̄m fecisse cōtra legē imꝑatoris: q꞉ videbant q̄ pilat⁹ parū erat mot⁹ de eoꝝ predicta allegatione: sed volebat Jesum oino dimittere: et hoc est q̄ dr̄.

k Exide q̄rebat pilat⁹ dimittē eū). Viderat enīz Pilat⁹ tanq̄ hō astut⁹ q̄ xp̄s rōnabiliter cōnicerat euz de pctō si eū inocentez cōdēnaret. ⁊ iō q̄rebat occasionē dimittēdi eum: qd̄ videntes iudei clamabāt.

l Si hūc dimittis nō es amicus Cesaris). i. nō zelas ꝓ honore ⁊ statuto dn̄i tui custodiēdo: q̄ arguūt ꝯsequēter dicentes.

m Ois eni q se regem facit cōtradicit cesari) Jmperatores eni romani abstulerāt a iudeis regiā dignitatē: ne haberēt rebellādi occasionem: ⁊ ideo quicūqꝫ iter iudeos dicebat se regē qualitercūqꝫ videbat̄ cōtra ordinationē imꝑatoris facere: christus aūt cōcesserat se regē esse: vt pꝫ ex p̄dictis ⁊ ideo q̄uis ſm veritatem hoc regnū nō esset contra dominium imperatoris vt supra dictum est: tamen hoc arguebant apparenter Pilatus autem non audebat etiam secundum minimam apparētiam facere contra Jmperatoris honorem: ideo sequitur.

n Pilatus ⁊c. adduxit foras iesum) vt coram iudeis euidentius de facto inquireret: ⁊ eorum dictum falsuz ostenderet

adduxit foras Jesū ⁊ sedit pro tribunali[a] in loco q dicit lichostratos[b]. hebraice aūt gabbata. erat autez parasceue[c] pasche hora q̄si sexta[d]. Et dixit iudeis[e] ecce rex vester[f]. illi āt clamabāt[g] Tolle tolle crucifige eū[h] dicit ei pilatus[i] Regez vestrum crucifigā[k]. responderunt pontifices: non habemus regem nisi cesarem. Tunc ergo tradidit eis illum[l]: vt crucifigeretur[m]. Susceperunt autem Jesum ⁊ eduxerunt. et baiulans sibi crucem[n]

a Et sedit pro tribunali): idest in loco sedis iudiciarie.
b In loco qui dicitur lichostratos). i. lapidū stratura: ⁊ dicit lichos qd̄ est lapis: ⁊ stratos q̄ ēpauimētū siue stratura ⁊ est nomē grecum. hebraice autē gabbata: qr hoc nomen hebraicū idē significat sicut grecū: ille eni locus erat ante domū pilati: ante. n. domos magnatorū solet eē loc⁹ de lapidib⁹ p̄paratus.
c Erat aūt parasceue: qr erat feria sexta: ⁊ pria dies solēnitatis paschal. dicebat āt feria sexta parasceue. i. preparatio qr illa die p̄parabāt iudei cibaria p̄ die sabbati: in quo non erat licitum aliquid decoqui vt habetur Exo. xi. capitulo.
